

2.

**Vita diui Hieronymi pr̄esbiteri a Mar/co Marulo ̄edita: adiectis
miraculis/ quę de illo Cyrillus Nazareti episcopus com/memorat
in summamque redactis breuiorem./**

Legimus diui Hieronymi pr̄esbrite/ri uitam autore incerto. Quisquis/ tamen ille fuit, primo non satis narrandi or/dinem tenuisse mihi uidetur, cum pleraque/ ante dicantur postea dicenda, ita ut con/fundat potius legentis mentem quam instru/at, deinde nonnulla memoratu digna o/mississe, quę et sanctitatem hominis plenius/ indicare et nobis exemplo esse poterant./ Quam ob rem illa eadem, suo in quo gesta/ sunt ordine, perscribere et alia quedam,/ quę minime tacenda esse duxi, adjcere/ decreui, breuiter quidem cuncta perstringens./ pr̄eter illa quę uel ipsum de se loqui con/tinget uel aliorum testimonijs affirma/re oportebit, hoc est Augustini, Eu/sebij, Cyrilli, Seuerique Sulpicij. Nihil/ intactum pr̄etermit-tam quod de illo usquam/

2v.

legere potui, ne tantus ac talis uir/ sua laude (quantum in me est) fraudetur;/ non quod illi quicquam nostra addere possit lau/datio (quem nemo satis digne laudauit),/ sed ut eius acta quomodo possumus/ recensendo, tum ad amandum tum ad imi/tandum magis accendamur. Nemo me,/ quod de illo scribere audeam, temeritatis/ accuset. Debet enim non tantum disertissimi/ cuiusque, uerum et om-nium ore pr̄edica/ri, in quo nihil quod omnibus optandum/ sit desyderatur. Sed iam quod propo/suimus, narrare incipiamus./

Hieronymus pr̄esbiter (ut ipse/ de se testatur in calce libri illius/ quem *De uiris illustribus* inscrispsit)/ patre Eusebio natus, oppido Strido/ne, quod a Gotthis euersum Delmatie/ quondam Pannonięque confinium fuit, una/ cum parentibus Romam uenit. Puerul/lus adhuc litterarum studijs traditus/ in grammatica Donatum habuit pr̄eceptorem,/

3.

in rhetorica Victorinum. Et iam Gr̄eca/ Latinaque litteratura excultus, cum non/dum XX annorum esset, scholam ad se pu/blice delatam aperuit et pr̄cipi-
re coe/pit. Sic enim ad uirgines deo dicatas de/ ipsarum institutione scribens ait:
*Me ante/ quam uicesimum etatis annum attingerem/ urbs Roma in sumnum ele-
gerat magis/trum in omnibus pene liberalibus artibus./* Quum igitur tantum in tam tenera etate pro/fecisset, nouem deinde et uiginti annos/ natus a Liberio Pontifice Maximo pr̄esbiter/ cardinalis est creatus. Post hęc Liberio/ in Arria-nam heresim delapso et Con/stantio Imperatore catholicos persequeente, cum/ plerique metu perculsi latebras peterent,/ ipse constanter pro ueritate stetit nul/lum ueritus periculum, pr̄eterquam ne alij uel/ territi uel decepti subuer-te-rentur. Et/ quoniam persecutionis procella iam ecclesię tur/bauerat bona, a Pau-la uidua Romana,/ quę et genere et sanctitate nobilis erat, uite/

3v.

sustentamenta accepit, eamque non mi/nus caste quam familiariter coluit. Mul/ta extant quę illi et Eustochio eius/ filię pręcipiendo conscrispsit. Eandem/ postea de Blesillę et Paulinę filiarum/ obitu consolatus est. Hinc sane capta/ta occasione clerici quidam carpere/ famam eius coepere, qui ante ipsorum/ uitia fuerat insectatus. Proteruorum enim est,/ dum uitam corrigerem nolunt, non so-
lum non/ obedire correptoribus, uerum etiam irasci./ Aint cum antelucana hora ad eccle/siam laudis sacrificium Deo oblaturus/ ire consuesset, pro uirili tegu-
mento/ muliebrem tunicam sibi ab inuidis sup/positam indutum processisse at-
que ob hanc/ ignominię notam Roma decēdere de/creuisse. Vt cunque fuerit,
propius mihi/ uero uidetur, ea quę dicenda restant/ consyderanti, non tam malo-
rum inuidiam,/ qua nusquam caruit, eum pertimuisse, quam/ locum ubi liberius
expeditiusque Deo/

4.

seruiret querere uoluisse. Hanc suam ab/ urbe profectionem ad Ruffinum ita
ipse/ describens *Mense, inquit, augusto, flan/tibus ethesijs, cum sancto Vincen-*
tio pręs/bitero et adolescente fratre et alijs mo/nachis, qui nunc Hierosolymę
commoran/tur, nauim in Romano portu conscendi, maxima me sanctorum fre-
quentia pro/sequente ueni Regium, in Syllaceo littore/ paululum steti, ubi uete-
res didici fabu/las, et pręcipitem fallacis Vlissis cursum/ et Syrenarum cantica
et insatiabilem/ Carybdis uoraginem. Cumque mihi accolę/ illius loci multa
narrarent darentque/ consilium, ut non ad Prothei columnas/ sed ad Diones
portum nauigarem: illum fugi/entium et turbatorum, hunc securi hominis/ esse
cursum — malui per Maleas et Cycla/das Cyprum pergere. Vbi susceptus a
uene/rabili episcopo Epiphanio ueni Antiochiam./ Fruitus sum communione
Pontificis confes/sorisque Paulini, et deductus ab eo media/

Discedit ab
urbe

4v.

hyeme intraui Hierosolymam. Vi/di miracula multa, et que prius ad me fa/ma
pertulerat, oculorum iudicio compro/bau. Inde contendи Egyptum, lustra/ui
monasteria Nytrię et inter sanctorum/ choros aspides latitare perspexi. Hęc/
ille.

Porro dum nimio plus gentilium lib/rorum maximeque Ciceronis lectione
de/lectaretur et Hierosolymam uersus nau/garet, diuinus mulctatus omnem/
curam ad diuina perdiscenda conuertit./ Qua de re in epistola ad Eustochium sic
ipse/ de se confitetur et ait: *Cum annos pluri/mos domo parentibus sorore co-*
gnatis et, quod his difficilius est, consuetudine/ lautioris cibi propter celorum
regna me/ castrasse et Hierosolymam militaturus/ pergerem, bibliotheca
quam mihi Rome/ summo studio ac labore confeceram, carere/ non potui. Ita-
que miser ego lecturus Tul/lium iejunabam. Post noctium crebras ui/gilias, post
lachrymas, quas mihi prę-/

Somnio
castigatur

5.

teritorum recordatio peccatorum ex inti/mis uisceribus elliciebat, Plato sume/batur in manibus. Si quando in memet reuersus/ prophetam legere coepissem, sermo horre/bat incultus, et quia lumen cecis oculis/ non uidebam, non oculorum culpam puta/bam esse, sed solis. Dum itaque me antiquus/ serpens il-luderet, in media ferme quadra/gesima medullis infusa febris corpus in/uasit exhaustum et sine ulla requie (quod/ dictu quoque incredibile est) sic infelia/ membra depopulata est, ut ossibus uix/ hicerent. Interim parabantur exequiæ et/ uitalis animæ calor toto frigescebat cor/pore, in solo tantum tepente pectu-scuso palpi/tabat, cum subito raptus in spiritu ad tribu/nal iudicis pertrahor, ubi tantum luminis/ et tantum erat ex circumstantium claritate/ fulgoris, ut pro-jectus in terra sursum aspi/cere non auderem. Interrogatus conditionem/ Chri-stianum me esse respondi. Et ille qui pre/sidebat, 'Mentiris', ait, 'Ciceronianus es,/

5v.

non Christianus. Vbi enim thesaurus tuus,/ ibi et cor tuum.' Illico obmutui, et inter/ uerbera (nam cedi me iusserat) consci/entię magis igne torquebar, illum mecum/ uersiculum replicans, 'In inferno autem quis/ confitebitur tibi?' Cla-mare tamen coepi et/ eiulans dicere: 'Miserere mei, Domine, miserere/ mei.' Hęc uox cum inter flagella resona/ret, tandem ad pr̄esidentis genua prouo/lti qui astiterant precabantur ut ueniam/ tribueret adolescentię, ut errori locum/ penitentię daret, exacturus deinde cruciatum,/ si gentilium litterarum libros ali- quando legissem./ Ego qui tanto constrictus articulo uellem/ etiam maiora pro-mittere, deierare coepi/ et nomen eius obtestans dicere, 'Domine, si unquam/ habuero codices seculares, si legero, te/ negaui.' In hęc sacramenti uerba di-mis/sus reuertor ad superos, et mirantibus/ cunctis oculos aperio, tanto lachry-marum/ imbre perfusos, ut incredulis fidem fa/cerem ex dolore. Nec uero sopor ille inanis/

6.

fuit, aut uana somnia quibus sepe de/ludimur. Testis est tribunal ante quod ia-cui,/ iudicium quod timui — ita mihi nunquam contingat/ incidere in talem questionem! — liuentes habuisse/ me scapulas, plagas sensisse post som/nium, et tanto dehinc studio diuina le/gisse, quanto mortalia non ante legeram.

Hoc/ somnium sibi tanquam periuro a Ruffino/ pr̄esbitero¹ obiectum ita di-luit ut/ dicat non esse credendum somnijs, et si/ credendum sit, iurasse se nolle legere/ gentilium litteras, non autem antehac lecta uel/le obliuisci, quod factu impossibile erat,/ cum etiam senes reminiscantur quid in puerili ege/rint etate. Quod autem hoc ita sibi conti/gerit, libro in epistolam Pauli ad Galathas/ III. cum Paula et Eustochio loquens ait: *Nostis et ipse quod plus XV anni sunt, ex*

¹ Post pr̄esbitero ipse alterum sibi delevit.

quo in/ manus meas nunquam Tullius, nunquam Ma/ro, nunquam gentilium litterarum quilibet autor/ ascendit. Et siquid forte inde dum loquimur/ obrepit, quasi antiqui per nebulam somnij re-/

6v.

cordamur.

Cum ergo omne studium ad di/uina contulisset, Constantinopolim pro/fec-tus Gregorium Nazanenum eiusdem/ urbis episcopum sacrarum scripturarum habuit/ preceptorem. Quibus deinde alijs in discendo/ magistris usus fuerit, quadam ad Pamachium/ epistola declarat dicens: *Dum essem iuuenis,/ miro discendi feruebam amore, nec iuxta/ quorundam presumptionem ipse me docui./ Apollinarem Laodicenum audiui Antiochie/ frequenter et colui. Iam canis spar-geba/tur caput, et magistrum potius quam discipulum decebat, perrexii tamen Alexandriam, au/diui Didymum. In multis ei gratias ago, quia/ quod nesciui di-dici, quod sciebam, illo docente/ non perdidi. Putabant me homines finem fe/cisse descendii. Veni rursus Hierosolymam/ et Bethlehem. Quo labore, quo pre-cio Bara/banum nocturnum habui preceptorē? Timebat/ enim Iudeos, et alte-rum mihi exhibebat/ Nicodemum.*

Quos
habuit
preceptores

Hebraicis itaque perdiscendis litteris/ operam dedit, ut diuinis adhuc scrip-turis/

7.

pleniū erudiretur. Hoc ad Rusticum mo/nachum sribens testatur cum ait: *Dum essem/ iuuenis et solitudinis me deserta ualla/rent, incentiuā uitiorum ardorem-que nature/ ferre non poteram. Que cum crebris ieiunijs frangerem, mens ta-men cogitationibus/ estuabat, ad quam edomandam cuidam fratri/ qui ex Hebreis crediderat me in disci/plinam dedi, ut post Quintilianī acu/mina Ciceronisque fluiios grauitatemque/ Frontonis et lenitatem Plinij, alphabetum/ discerem, stridentia anhellantiaque uerba/ uix meditarer. Quid ibi laboris insum/pserim, quid sustinuerim difficultatis, quo/ties desperauerim, quotiesque cessauerim/ et contentione discendi rursus inceperim/, testis est conscientia tam mea qui passus/ sum, quam eorum qui mecum uitam duxerunt./ Et gratias ago Domino quod de amarissimo se/mine dulces fructus capio.*

Hebraicam
discit

Ceterum/ prēter hanc Hebraicam Caldaicam quoque lin/guam sibi quesis-se, ut Danielem interpre-/

7v.

tari posset, confitetur in ipsa huius prophete/ prefatione ita dicens: *Post Quintiliā/ ei Tullij lectionem et flores rhetoricos/ cum me in lingue² huius pistrinum inclu/sissem et multo sudore multoque tempore uix/ coepissem stridentia anhel-lantiaque uerba/ resonare, et quasi per criptam ambulans ra/rum desuper lu-*

Caldaicam
discit

² Corrēxi ex lingue.

men aspicere, impegi nouis/sime in Danielem, et tanto tedio affectus/ sum ut desperatione sumpta omnem/ ueterem laborem uoluerim contemnere. Verum/ adhortante me Hebreo et illud sua lingua/ crebrius ingerente, 'Labor improbus omnia/ uincit', qui mihi uidebar sciolus inter eos,/ coepi rursum esse discipulus Caldaicus./ Et ut uerius fatear, usque in hodiernum diem/ maius possum sermo- nem Caldaicum legere/ quam sonare.

His igitur apprime instructus di/sciplinis Vetus instrumentum prius de/ Gręco, deinde de Hebreo in Latinum trans/tulit sermonem, et quę Latina fecit, ma/iorem eorum partem editis commentarijs ex-/

8.

ponere curauit, ut suo loco monstrabimus./

In Syria

In Syria cum iuuenis adhuc monachorum/ lustraret tuguria, ad papę Euagrij pos/sessionem deuolutus cum Malcho monacho/ iam sene colloquitur, et si- cuti ab ipso audie/rat, uitam eius conscribit. Reliquos quoque/ ibi monachos contemplatus imitari coepit./ Tatum se fortasse ab hominum iniuria in/ solitudine putabat, sed etiam illic ipsum in/uenit inuidia: ab Arrianis infestatur,/ pugnas hereticorum patitur. Et cum molestias uix ferret, ad Damasum Pontifi/cem ma- ximum lamentabundus ita scri/bit: *Ego Christi uestem Romana in urbe/ susci- piens, nunc barbaro Syrię limite te/neor. Verum (ut ait gentilis Poeta) celum/ non animum mutant qui trans mare currunt./ Ita me incessanter inimicus post tergum/ insecurus est, ut maiora in solitudine bella nunc patiar. Hic enim pr̄esidijs fulta mun/di Arriana rabies fremit. Hic in tris par/tes scissa ecclesia ad se rapere festinat./*

Ab
hereticis
infestatur

8v.

Monachorum circa commanentium antiqua in/ me surgit autoritas. Ego interim clamito:/ 'Siquis cathedrę Petri iungitur, meus est.'/ Hęc ille.

Gelasius
pontifex

Quam autem uere sincereque de religione/ senserit atque scripserit, testis est Gelasius Pon/tifex in suis Decretalium libris ita inquiens:/ *Ruffinus uir reli- giosissimus plurimos/ ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scrip- turas interpretatus est. Sed quoniam/ beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij/ libertate notauit, illa sentimus, quę per/ dictum beatissimum Hierony- mum sentire co/gnouimus, et non solum de Ruffino, sed etiam/ de uniuersis quos uir supra memoratus ze/lo Dei et fidei religione reprehendisset. Item/ Origenis nonnulla opuscula quę beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus./ reliqua uero omnia cum autore suo dicimus re/iicienda.* Hęc Gelasius.

Quantum autem uel elo/quo uel eruditione prestiterit, opera eius/ quę in manibus habentur indicio sunt. Quid/ tamen et alij insignes doctrina uiri de illo/

9.

senserint, hic referre opere precium puto./

Augustinus
episcopus

Beatus Augustinus episcopus in Julianum hereticum/ scribens ita illum al- loquitur: *Nec sanctum Hieronymum presbiterum contemnendum arbitre/ris, qui Gręco et Latino insuper et Hebreo eru/ditus eloquio, ex occidentalı ad*

orientalem/ transiens ecclesiam in locis sanctis atque sacris litteris/ usque ad decrepitam uixit etatem. Cuius nobis/ eloquium ab oriente in occidentem ad instar/ solis lampadis resplenduit. Omnes denique,/ qui ante illum aliquid ex utraque orbis parte/ de doctrina ecclesiastica scripserant, legit./ Nec aliam hac de re quam predixi tenuit/ prompsitque sententiam. Si sic Augustinus,/ quis alter audet uel dicere uel sentire?/

Seuerus quoque Sulpicius, qui ijsdem temporibus/ fuit, in suo de beati Martini episcopi miraculis/ dialogo (eius enim discipulus fuit) Posthu/mianum monachum de beato Hieronymo/ adhuc in terris degente inducit sic loquen/tem: *Inde digressus, inquit, Bethleem oppidum/ petij, quod ab Hierosolymis sex milibus se-/*

Seuerus
Sulpicius

9v.

paratur, ab Alexandria autem XVI mansionibus/ abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbiter/ regit. Nam parochia est episcopi qui Hierosoli/mam te- net. Mihi iampridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione comper- tus/ facile obtinuerat ut nullum mihi expetendum/ rectius arbitrarer. Vir enim preter fidei/ meritum non solum Latinis atque Græcis, sed/ Hebreis etiam litteris ita est institutus, ut se illi/ in omni scientia nemo audeat comparare./ Et post pauca: Ego, inquit, ut dicere institu/eram, apud Hieronymum sex mensibus fui, cui/ iugis aduersum malos pugna perpetuumque/ certamen consciuit odia per- ditorum. Oderunt/ eum heretici, quia eos impugnare non de/sinit. Oderunt eum clerici, quia uitam eorum/ insectatur et crima. Sed plane boni eum/ omnes et admirantur et diligunt. Nam qui/ eum hereticum esse arbitrantur, insanunt./ Vere dixerim: catholica hominis scientia sanaque/ doctrina est. Totus semper in lectione, totus/ in libris est. Non die, non nocte requiescit: aut/

10.

legit aliquid semper aut scribit. Quod nisi mihi/ fuisset fixum animo et promis- sum Deo teste propositum erenum adire, uel exigu temporis puncto/ a tanto uiro discedere noluisse. Hactenus/ Posthumianus.

Præterea quanta illi inge/nij promptitudo, quanta dictandi facilitas/ affuit, ex dictis eius discere possumus, ita/ ut quedam diu multumque meditatum credere/mus, nisi ille ex tempore prolata atque/ edita fassus fuisset. Libellum ad Fabiolam,/ in quo longo disertoque sermone de uestibus Pontificis ac sacerdotu- tum, de taberna/culo uasisque sacrificij pertractans tropo/logiam eorum expla- nat, sic concludit, ut/ dicat: *Hec ad unam lucubratiunculam,/ cum iam funis solueretur a littore et naute/ crebrius inclamarent, proprio sermone/ dictau- que memoria tenere poteram, et/ que diuturna rationali pectoris mei lec/tione concesseram, satis intelligens magis me/ loquendi impetu quam iudicio scriben- tis fluere/ et more torrentis turbidum proferre sermonem./*

Ingenij
promptitudo

10v.

Idem ad Dardanum exponens terram promis/sionis iuxta anagogen, sic in calce epistole ait:/ *Hec tibi, uir eloquentissime, iam duplicitis/ prefecture honore*

*transacto, nunc in Christo honoratior tumultuaria et breui/ lucubratione dicta-
ui, ne uiderer omnino reticere. Eodem enim tempore, immo eodem mihi die, et/
litterę tuę redditę sunt et meę expetitę, ut/ aut tacendum fuerit aut incompto elo-
quio/ respondendum. Quorum alterum pudoris, alterum charitatis est. Denique
aliam quandam/ satis longam epistolam concludens: Hęc lucubratiuncula, in-
quit, tanta est ad lucerne/ lumen celeritate perfecta, ut notariorum/ manus lin-
gua precurreret.*

Hęc de eruditione, studio ingenioque uiri et in persecutionibus patientia
et in fide constantia satis/ dicta sint. Nunc ipsam uitę sanctitatem/ consydere-
mus explicemusque primum/ eius ad solitudinem secedendi desiderium,/ deinde
secessum ipsum et inter ferarum cubilia/ celestem hominis conuersationem, ut
apparet/

11.

(sicuti initio diximus) non tam aduersari/orum iniuria compulsum quam uoto
uite pfectioris illectum Romam deserere uoluisse./ Quam enim offensam il-
lius animus preferendo/ uincere non potuisset, qui ad Oceanum aliquando/ scri-
bens Vtinam, inquit, ob Domini mei nomen/ atque iustitiam, cuncta gentilium
turba me persequatur et tribulet! Vtinam in opprobrium/ meum stolidus hic
mundus exurgat, tantum/ ut ego merear a Christo laudari, et sue/ pollicitationis
sperare mercedem!

Quanto/ autem intimi cordis desyderio eremum/ affectarit, epistola ad
Theodorum abbatem/ reliquosque in deserto commorantes missa/ ostendit.
Quam hic apponere, cum breuis/ admodum sit, non erit molestum:/

*Hieronymus presbiter Theodoro ceterisque ana/choritis in Domino salu-
tem. Quam uellem nunc/ uestro interesse conuentui, et admirandum/ consor-
tium, licet isti oculi non mereantur,/ aspicere, tota cum exultatione complecti!!/
Spectarem desertum omni amoenius ciuitate,/*

11v.

*uiderem desolata ab accolis loca quasi ad quod/dam paradisi instar sanctorum
coetibus/ obsideri! Verum quia hoc mea fecere delicata, ne consortio beatorum
insereretur obsecsum/ omni crimine caput, iccirco obsecro, quia uos impetrare
posse³ non ambigo, ut me ex/ istius tenebris seculi uestro liberetis ora/tu. Et
ante dixeram presens, et nunc per litteras uotum/ indicare non cessio, quod
mens mea omni ad/ id studium cupiditate rapiatur. Nunc ues/trum est, ut uolun-
tatem sequatur effectus./ Meum est ut uelim, obsecrationum uestrarum/ est ut
uelim et possim. Ego ita sum quasi a/ cuncto grege morbida aberrans ouis.
Quod/ nisi me bonus pastor ad sua stabula hu/meris impositum reportari, la-
babunt/ gressus et in ipso conamine uestigia con/cident assurgentis. Ego sum
ille prodigus/ filius, qui omni quam mihi pater crediderat por/tione profusa*

Vite
sanctitudo

Eremi
desyderium

Epistola

³ Posse scriptum in margine.

necdum me ad genitoris/ genua submisi, neclum coepi prioris a/ me luxurie blandimenta depellere. Et quia/

12.

paululum non tam desui a uitijs, quam coepi uel/le desinere, nunc me nouis diabolus ligat re/thibus, nunc noua impedimenta proponens/ maria undique circumdat et undique pontum./ Nunc in medio constitutus elemento nec re/gredi uolo nec progredi possum. Superest/ ut oratu uestro Sancti Spiritus aura me peruehat/ et ad portum optati littoris prosequatur./

Vt igitur carnis petulantiam spiritui repugnantem uitę asperitatibus edomaret,/ erenum petijt. Vbi qualiter se habuerit,/ ad Eustochium uirginem scribens docet,/ cum ait: *Quoties ego ipse in eremo constitu/tus, et in illa uasta solitudine, que exusta/ solis ardoribus horridum monachis prestat/ habitaculum, putabam me Romanis inter/esse delicijs. Sedebam solus, quia amaritudi/ne repletus eram. Horrebant sacco membra/ deformia et squalida cutis situm Ethi/opicę carnis obduxerat. Quotidie gemitus,/ quotidie lachryme, et siquando repugnantem/ somnus imminens obrepisset, nuda humo/*

In heremo
conuersatio

12v.

uix ossa herentia collidebam. De cibis uero/ et potu taceo, cum etiam languentes monachi/ aqua frigida utantur, et coctum aliquid come/disse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob Ge/hennę metum tali me carcere ipse dam/naueram, scorpiorum tantum socius et ferarum/ sepe choris intereram puellarum. Pallebant/ ora ieunijs, et mens cogitationibus q̄sttuabat. In frigido corpore et ante ho/minem carne iam premortua sola libidi/num incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, ri/gabam lachrymis, crine tergebam, et re/pugnantem carnem hebdomadarum inedia/ subiugabam. Non erubesco confiteri imbecil/litatis meę miseriam, quin potius plan/go me non esse qui fuerim. Memini me/ clamantem diem crebro iunxisse cum noc/te, nec prius a pectoris cessasse uerberibus, quam redisset Domino imperante tranquil/litas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum consciaciam pertimescebam et mihi/-

13.

met iratus et rigidus solus deserta pe/netrabant. Sicubi concaua uallium, aspera/ montium, rupium prērupta cernebam, ibi/ meę orationis locus, ibi illud miserrime/ carnis ergastulum collocabam. Et ut mihi/ testis est Dominus, post multas lachrymas,/ post celo inharentes oculos, nonnunquam/ uidebar mihi agminibus interesse Angelorum et letus gaudensque cantabam: 'Post/ te in odorem unguentorum tuorum curremus'./

Raptus in
spiritu

Hunc suum in spiritu raptum ineffabilemque ui/sionem etiam in illo opere, quod ad uirgines Deo/ dicatas scripsit, confitetur dicens: *Scio quid/ loquor, charissime: nam ut meam insipi/entiam loquar, ego homunculus sic abiec/tus, sic uilis in domo Domini, adhuc uiuens/ in corpore angelorum sepe choris interfui, de corporis per hebdomadas sustentationibus et nutrimentis nihil sen-*

*tiens/ diuinę uisionis intuitu. Post multorum/ forte dierum spacia præcious futu-
rorum cor/pori redditus flebam quid ibi manens felici-*

13v.

*tatis habebam, quid inenarrabilis delecta/tionis sentiebam. Testis est ipsa trini-
tas quam/ cernebam nescio quo intuitu, testes sunt/ et ipsi beati spiritus qui
aderant, testis et con/scientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar,/ quanta et
qualia nescit proferre molitiae/ corporis mei. Cum igitur tantam solitarię⁴ uiteq;
dulcedinem degustaret, iure suo dicere po/tuit ad Rusticum monachum scri-
bens: Vide/rint quid alij sentiant. Vnusquisque suo/ sensu ducitur: mihi oppi-
dum carcer et/ solitudo paradisus est; et rursum ad Heliodorum in illam
prorumpere uocem: O desertum/ Christi uernans, o solitudo in qua illi nas/cun-
tut lapides, de quibus in Apocalypsi ciui/tas magni regis construitur, o eremus/
familiarius Deo gaudens! Quid agis frater in/ seculo, qui maior es mundo?
Quamdiu te tec/torum umbrę premunt? Quamdiu fumosarum/ urbiuum carcer
includit? Crede mihi, nescio/ quid plus lucis aspicio. Libet sarcina cor/poris
abiecta ad purum etheris uolare/*

Eremum
laudat

14.

*fulgorem, et reliqua quę ibi non minus/ eleganter prosequitur quam uere, ni-
hil/ omittens quod ad persuadendum possit de/syderari. Hinc etiam discimus
quantopere/ illum solitudo delectarit, cum tam ardenter/ alias ad ipsam post se
incolendam hortatus/ sit.*

*Ceterum quanuis in eremo manens de ce/lestis beatitudinis contemplatione
ingen/tem caperet animi uoluptatem, ne tamen magnitudo/ reuelationum ipsum
extolleret, extremi/ iudicij recordatione, quasi qui se peccato/rem agnosceret,
non parum terrebatur. Vnde/ homeliam quandam scribens ait: Quoties diem
iudi/cij consydero, toto corpore contremisco./ Siue enim comedam siue bibam
siue aliiquid/ aliud faciam, semper mihi uidetur illa tuba/ terribilis insonare au-
ribus meis: 'Sur/gite mortui, uenite ad iudicium!'. Et iterum/ ad Cromatium et
Heliodorum: Ego, inquit, in/ scelerum meorum latens sepulchro, et pec/cato-
rum uinculis colligatus quotidie do/minicum illum de euangelio clamorem ex-
pecto:/*

14v.

'Hieronyme, ueni foras'. Ego denique omnia/ tuta timeo.

*Demum annis in eremo quattuor/ transactis, uel Dei iussu uel quod sibi ita
uisum,/ ut alij quoque suo exemplo suaque doctrina/ instructi salutem conse-
querentur, Hierosolymam reuersus a Cyrillo episcopo impetravit/ ut ad Bethle-
em oppidum, quod sexto ab ea ur/be distat lapide, iuxta præsepe Domini po/sito
monasterio habitaret. Ibi primum/ ab eo institutum matutinale officium ecclie-
sia/ retinuit, et psalmos per ferias et horas/ diuisos die noctuque decantare coe-*

Iudicij
recordatio

Ad
Bethleem
posito
monasterio
reliquam
duxit
etatem

⁴ Correxii e solitarie.

pit./ In fine cuiusque '*Gloria Patri et Filio et Spiritui/ Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper/ et in secula seculorum amen*' ab ipso additum ferunt. Multos ibi habuit discipulos, in quibus Eusebium Cremonensem, et uitę sanctitate et/ doctrina pręcipuum. Quem decedens monasterio/ in locum suum suffectum pręsesse iussit.

Cę/terum quanuis ad proximiorem humano/ cultui sedem transisset, nihil tamen de pristine/ uitę rigore remisisse uidetur, cum epistolam/

15.

illam legimus, quę Augustini ad Cyrillum/ episcopum esse creditur. In ea quidem ab ipso Eusebio/ Cremonensi sibi de Hieronymo significatum/ scribit, quod postquam in solitudinem secessisset,/ uinum nunquam gustarit, carnem nullam/ comederit, nec coctum aliquid in cibum sumpserit, nisi bis in uita egritudine compulsus,/ quod pręterea nudum corpus cilicino sacco techerit, ut carnis mollitiem uestis quoque/ asperitate domaret, tunica uili rudique/ desuper induitus, quod denique ad captandam/ quietem humi dumtaxat cubitarit et quo/tidianis ieunijs usus fuerit, semel tantum in/ die comedens, nec aliud quam panem, fructus,/ olera, radices. Ait etiam eum semper post uesperum uacasse orationi usque ad horam noctis/ secundam, et cum inde ad medianam noctem/ quieti indulisset, reliquum tempus aut legendo, aut scribendo consumpsisse, tanisperque negotium istud ab ipso interpollatum, donec cibum sumeret. Siquid se aliquando/ deliquisse meminisset, leuem etiam culpam/

Augustinus
ad Cyrillum

15v.

ueluti graue crimen lugere solitum et ad casum/ tigandum corpus flagello usum maximeque/ cauisse nequod uerbum superuacaneum, in/utile, ociosumue proferret.

Proinde ut/ ab ijs qui uitam eius conscripsere relatum/ legimus, iam non solum hominibus admirabilis/ uideri coepit, sed etiam a bestijs sanctitatem/ eius nescio quo intellectu sentientibus colij/ et obseruari. Die quadam cum fratribus (ut/ solebat) nonnihil de scripturis dissereret,/ leo rugiens claustra coenobij irrupt./ Territi fratres diffugiunt. Ille nihil ferocię/ pre se ferens pedem Hieronymo porrigit/ aculeo ligneo saucium,⁵ quem Sanctus intre/pide manibus contrectans exempto acu/leo efficaciter curat. Fera iam mitis nusquam/ discedit. Fratres confidentius accedere,/ seruitio eius uti. Cumque monasterij asellum ad pascua missum custodiret, somno/ corripitur. Illo dormiente quidam negociatores iuxta iter agentes uisum asellum/ secum abduxere. Reuersus leo aselli/

Leonis
miraculum

16.

amissi partes cogitur subire, onera/ ferre coepit. Post dies aliquot ad passum profectus forte conspexit eum ipsum/ asellum cum camellis pondere grauatum/ uenire (negociatores illi redibant ex/ Egypto cum iumentis oleo oneratis) et in/frendens accurrit. Homines in diuersa diffugiunt, ipse asellum cum camellis

⁵ Ipse e sauciatum corredit.

ante se/ agens ad monasterium compulit. Videntes/ monachi mirantur. Hieronymus camellos/ curari iubet hospitibusque parari, ut/ benigne accipientur. Mox illi uenientes/ et peccatum confitentes ueniam impetrant,/ partemque olei monasterio cedunt, insuper/ uouent in annos singulos cadum oleo plenum/ eidem se oblatur. Ex quo cognitum est,/ ei qui Deo fideliter seruiret et feras/ bestias obsequium præbere, et homines uitæ/ alimenta impendere.

Hieronymus tandem/ assiduis diutinisque laboribus, legendo, scri/bendo, iejunando, deprecando fatigatus,/ nunquam conquiescens nisi cum somnum caperet./

16v.

et iam longa ètate fractus non poterat/ de stratu suo sese⁶ erigere, nisi fune ma/nu apprehenso, qui de tigno pendulus ia/centi imminebat. Et tamen iam decrepitus/ senex, quoquo modo poterat, suo erga/ discipulos officio fungi nunquam cessauit./ Cum enim effoeto corpore consumptisque ui/ribus tremebundus pedibus incèdere/ non satis ualeret, sensuum tamen uigore in/ finem usque integrò atque inoffenso fuit./ Sed cum iam tempus esset, ut, qui tam diu in mun/di huius agone decurrendo semper uice/rat, coronam acciperet immarcessibilem,/ febri èstuarie coepit. Cumque nosset diem/ sibi imminere postremum (sicut Eusebius/ de illo traditum nobis reliquit, ad Da/masum Portuensem episcopum et Theodonium/ Romanum senatorem scribens), de lectulo/ in quo languens positus fuerat, humili se/ collocari sacco suo coopertum iussit. Con/uocatisque discipulis monere atque hortari/ illos non destitit: Deum timeant, humilitatem/

Moriens
præcepta
dat
discipulis

17.

seruent, paupertatem colant; maioribus obe/diant, præpositos honorent; ipsi autem præ/positi delinquentes corripiant, et illi qui/ deliquerint penitentiam agant; nunquam de/ Dei misericordia diffidant, pro Christi nomine/ (si ita casus feret) mori ne timeant; ho/nestis pijsque laboribus exerceantur, gu/le⁷ uentri, ocio ne indulgeant; ieunient,/ orent, uigilent; fidem operibus probent;/ laudati ne se efferant, conterupti ne in/dignentur, ceteris omnibus documento/ sint; misericordiam custodian, iustitiam/ nunquam deserant, sed semper proficere nitan/tur; diabolo resistant, amicos inimicosque/ diligent, contra omnia aduersa patientie/ uirtute se arment; ueritatem colant,/ mendacium fugiant, uerbis ociosis abstineant; de Deo assidue loquantur, Chris/tum semper cogitent, sanctos imitentur/ malorum consortia deuident et iustorum/ consuetudine utantur.

His et huiusmodi/ præceptis cum illos instruxisset, *Filiolli mei,*/

17v.

inquit, *ego Domino iubente hinc decessu/rus Eusebium uobis abbatem relinquo, ipsum/ tanquam me audite.* Ac postquam eos lugen/tes satis consolatus es-

⁶ Ipse e se correxit.

⁷ Correxi ex gule.

set, ad Eusebium/ conuersus eum quoque qualiter fratribus pr̄esse debeat docuit. Et uidens ecclesiam/ Christi adhuc hereticorum impietate/ non parum infestari, gaudere se dixit quod/ Augustinum acerrimum post se illi relinqueret propugnatorem. Tunc Eusebio/ mandat ut eidem Augustino et Theo/donio senatori et omnibus orthodoxis/ plurimum se commendet rogetque ut pro/ ueritate stent, erroribus resistant/ et dum Christum ducem sequantur nullius/ uim formident. Consolatis rursum disci/pulis datoque singulis pacis osculo, totus/ ad Iesum conuertitur. Peccata confitetur,/ misericordiam implorat, preces cum lachry/mis offert iniungitque discipulis, ut/ repente cum spiritum reddiderit, cor/pus exanime humi iuxta presepe Domini/

18.

sepiant et terram reddant terre. O admi/randam hominis humilitatem: cum tantus/ esset, ut omni honore dignus haberetur,/ in puluere iacere uoluit, non in lapideo/ sepulchro quod parauerat!

Mox carnis/ et sanguinis Domini sacramento (sicuti ius/serat) sibi allato pronus in terram pros/ternitur, et indignum se confitens multa cum/ humilitate ueniam precatur nec a pectoris/ cessat uerberibus, donec ipsum Dominum suum/ et Deum suum confitens ore sumeret, et iam/ ei se in terra coniungeret, quo cum regna/turus erat in celo. Sumpto sacramento/ humi unde surrexerat, se reclinat et/ quasi iam efferendus cancellatis supra pectus/ manibus: *Nunc dimitis seruum tuum,/ Domine, inquit, secundum uerbum tuum in pace,/ quia uiderunt oculi mei salutare tuum/ quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen/ ad reuelationem gentium et gloriam plebis/ tue Israel.* Vix uerba finierat, cum lux/ repenti fulgore locum replens omnium/

Communicat

18v.

perstrinxit oculos, nec quisquam illum cernere/ potuit, dum animam exhalaret. Quidam ex/ ijs qui aderant angelos testabantur sibi/ apparuisse, quidam uocem se audisse inuitan/tis ac dicentis: *Veni, mi dilecte, ut a me mercedem capias, pro cuius amore tot labores/ tam libenti animo sustinuisti!* Alij dicebant/ suis auribus ipsius Hieronymi uerba/ se hausisse cum diceret: *Ecce iam ad te uenio,/ piissime Domine Iesu, suscipe seruum quem/ sanguinis tui precio redemisti!* Lux abijt/ et ipse cum luce relicto corpore celum ascen/dit, ab eo feliciter susceptus cui tam fide/liter seruuiuit. Per dies multos eodem loci/ ubi iacuerat odor suauissimus fragravit./

Obijt

Ipsa transitus eius hora Cyrillus episcopus in spiritu/ raptus uidit sanctam illam animam Christo/ et angelis comitatum ferri ad celum, cumque/ tacitus miraretur et supereret quid hoc/ esset, audiuit animam esse Hieronymi pres/biteri modo uita defuncti; proinde ire/ Bethleem maturaret et que uiderat re-/

Cyrilli uisio

19.

ferendo discipulos eius consolaretur. Visio/ disparuit, et episcopus ad se reuersus/ iussa nihil moratus peregit./

Augustini
uisio

Eadem hora et Augustinus in epistola, cuius/ fecimus mentionem, sibi Sancti animam Hippone apparuisse fatetur. Dum enim ad eum/ scribere coepisset nosse uolens qualis quantaque/ illi uideretur esse beatorum gloria, lux in/ cubiculo refulsit, uocem ipse audiuit, que/ diceret se esse illius animam ad quem scribere parabat et iam ad illam beatitudinem/ fruendam properare, quam ipse qualis et/ quanta sit discere uellet. Eam autem tantam/ ac talem esse ut nec lingua dicere nec/ auris audire nec oculus uidere nec mortaliu[m] mens possit comprehendere. Ad hec/ interrogata sitne aliquid quod beatae/ anime cupiant et assequi non possint, respondebit beatos nihil aliud uelle, nisi quod/ Deus uult; quod autem Deus uult, illud et haberi;/ quicquid ergo uolunt, habent. Aut quid unquam/ eis deesse potest qui omnia habentem habent — Deum/

19v.

uidelicet — a quo, in quo, et per quem omnia/ et sine quo nihil?

Sulpicij
uisio

Post hec Augustinus ijsdem litteris illa ipsa/ hora Turone⁸ Seuerum⁹ Sulpiciu[m] cum duobus/ monachis audisse scribit canentium et/ cytharizantium cho[re]os multa cum luce/ celum uersus euntium, uocemque inde delapsam/ que¹⁰ nunciaret Hieronymi presbiteri animam/ ab angelis ad beatitudinis loca tunc portari/ pro laboribus premia recepturam./

Alia
Augustini
uisio

Subiungit etiam Augustinus quarta deinde/ nocte post primam uisionem sibi dormienti magnum angelorum agmen apparuisse. Inter quos duo uidebantur luculenta/ admodum ac uenusta effigie uiri, per/ omnia pene similes, nisi quod alter unam plus/ altero laureolam capite preferret. Hos autem/ quodam de turba referente didicit Ioannem/ Baptista et Hieronymum presbiterum esse,/ atque hunc duas quidem coronas accepisse, alteram doctrine, alteram castitatis, illum autem/ tres, eo quod et ipse quidem docuerit ac uirgi-/

20.

nitatem seruarit, sed insuper pro asserenda ueritate tuendaque iustitia occisus esset; ter/tiam itaque laureolam fuisse martyrij./

Alia
Cyrilli
uisio

Tale est etiam quod Cyrillus ad Augustinum scribit, post laudes matutinales ante altare/ Ioannis Baptiste (erat enim solennis nativitas eius dies) obdormienti sibi uisum. Videlicet enim (ut ipse ait) multos ecclesiam intrare luce quadam celesti insignitos. Inter/ quos duo preceipui preclarique uidebantur/ et hi erant Ioannes Baptista et beatus presbiter/ Hieronymus qui solus omnibus ceteris con/sidere iussis exurgens de Ioannis laudibus,/ ut natalem eius diem honoret, sermonem/ fecit. Deinde se ergens Ioannes gratias illi/ egit et cum multis ipsum uerbis coram com/mendasset, in omnibus fere sibi similem fuisse/ dixit.

⁸ Correxi ex Turonę.

⁹ Correxi e Seuerum.

¹⁰ Correxi ex que.

Cyrillus postea uisionem hanc, quę/ quanta essent Hieronymi merita testa/batur,
publice populo enarravit./

Sed redeat unde digressa est oratio. Sanc/tissimi uiri corpus elatum conde-re uolentes,/

Hieronymus
sepelitur

20v.

quanuis sepulchrum uacuum astaret, quod ipse/ uiuens in saxo intra uestibulum speluncę sibi/ excidendum curauerat, non longe a sepul/turis Paulę et Eustochij, quę ante illum/ obdormierant in Domino, effossa tamen tellu/re, quemadmo-dum iusserat, sepeliunt./

Interim hęc miracula ibi facta Eusebius eius/ discipulus enarrat: cęcūs tac-to Sancti/ corpore uisum recuperat; alias qui sur/dus mutusque aduenerat, utro-que uitio/ liber redijt; multi quos immundus in/uaserat spiritus curati sunt; hereticus quidam/ ausus illi maledicta ingerere protinus/ diriguit, mox etiam igne de célo tactus/ interijt. Quo uiso cęteri territi erro/remque suum agnoscen-tes catholice ue/ritati adhesere et ille, quos uiuus im/pugnauerat, mortuus salua-uit./

Miracula
dum sepelitur

Vixit, si Eusebio credimus, annos XCVI;/ si Prospero in suo *Chronicon* li-bro quinque/ minus; si illi, qui uitam eius conscrispsit,/ adhuc nouem demere ne-cessse erit. Sunt/

Quamdui
uixit

21.

qui ad superiorem numerum tres addant: tam ua/rie scriptum comperio. In hoc tamen omnes con/uenere, anno Honorij Imperatoris XII. defunc/tum pridie Kalendas Octobres. Peractis iam tan/dem exequijs affigendum est sepulturę epi/ta-phium, quod nostra rudi Minerua/ confectum ita habet:

Epitaphium

Condita Hieronymi recubant hoc ossa sepulchro;

Ipse colit celsi regna beata poli.

Disce quibus meritis, nostro dum uixit in quo,

Tot bona nemo uni contulit ecclesię:

Correxit sacrę corrupta uolumina legis,

(5)

Exposuit ueterum mystica uerba patrum,

Errorum tenebras ueri splendore fugauit,

Assiduus recti doctor et autor erat.

Et Latię et Graię callebat Palladis artes,

Nouerat Hebraice Caldaiceque loqui;

(10)

His tamen ingenij magnis insignibus olim

Sancte actę uitę gloria maior erat.

21v.

Miracula eius post obitum

Post felicem uiri obitum Cyrus Hierosolymitanus episcopus per epistolam quę nota est omnibus/ Augustino sciscitanti miracula eius longo admodum sermone studuit recensere./ Ea ego in summam redacta breuiorem/ hoc loco subiungam./

Heresim quandam inquit iam inualescentem,/ quod nec sanctorum anime beatitudine frue/rentur nec damnatorum poenas sentirent,/ donec in die iudicij suis iterum corporibus/ iungi illas contigisset, beatus Hieronymus/ Eusebio discipulo apparens repressit. Trium/ hominum cadauera die uno ad ecclesiam de/lata et sacco eius contacta (sicuti ipse/ premonuerat) populo spectante reuixerunt/ narraueruntque uidisse se et sanctorum gaudia/ in paradiſo et supplicia reorum in inferno, tum demum, qua die una cum Eusebio/ iterum sibi migrandum esset e corpore,/ predixerunt. Hoc uiso miraculo here/tici credidere ac tam perniciosus error/

**Heusebius
discipulus**

22.

eodem die interiit, quo hi tres ad uitam/ redierunt. Eusebius deinde, quo die sibi pre/dictum fuerat, una cum ipsis tribus qui sur/rexerant feliciter obiit, hoc est uigesimo/ post die quam miraculum istud evenisset./ Sed interim multa a Cyri-
lo priuatim inter/rogati reuelarunt, quotidie tamen ubertim/ flentes ex eorum re-
cordatione quae/ uiderant in inferno.

**Siluanus
episcopus**

Sabinianus heresiarcha duas in Christo/ uoluntates ita fuisse asserebat ut pleraque/ perficere nequiverit quę uoluerit. Idque per/suadere alijs uolens opusculum nomine Hieronymi confecerat, quo illum quoque ita quondam/ sensisse probaret. Eam heretici fallaciam/ egre ferens Siluanus Nazareti episcopus,/ dum cum illo contenderet, paciscitur ut, si die/ crastini Hieronymus libellum illum minime/ suum esse miraculo aliquo non ostenderet,/ sibi moriendum esset, sin autem indicaret,/ Sabinianus eandem subire poenam cogeretur./ Adueniente hora et necdum apparente/

22v.

miraculo Siluanus morti addicitur. Fit/ hominum conuentus ad spectaculum; exultat/ hereticus quasi qui iam uicisset. Sed Hieronymus, qui ueritatem semper Domino adiuuante/ tutatus fuerat, tunc quoque mendacio ob/uiam iuit. Spiculatoris gladium, ut Siluanus ceruicem feriret elatum, illico ap/parens retinuit, cumque coram affirmasset, ne/quaquam esse illud a se scriptum, disparuit. Maiusque secutum est miraculum: Sabiniani caput nemine feriente ad terram delabitur. Eo/ sic miserabiliter corruente tremefacti dis/cipuli errore deposito Siluanum episcopum/ sequi et ecclesię adh̄erere coepere./

**Siluanus
episcopus**

Idem Siluanus diaboli prestigij, qui sum/pta eius forma uim cuidam honestę mulieri inferre conatus deprehendi se fece/rat, infamatur, persecutionem patitur, in publicum apparere non audet. Ceterum cum se ora/tionibus beato

Hieronymo commendasset,/ quendam, qui sibi necem inferre uoluit, con/uerso
in semet gladio mortuum concidisse/

23.

uidit. Tale facinus et alij nonnulli frustra/ conati idem passi sunt. Commota
ciuitas/ episcopum, quasi ipse eos peremisset qui perierant,/ ad poenam depo-
scit. Sed presto illi affuit Hieronymus, manifesto plebi apparens acer/rimeque
increpans coercuit eorum teme/ritatem. Conterriti episcopum illesum dimisere./
Tunc Sancti iussu diabolus omnibus uisibilem/ se ostendit, ea forma qua ipsis
illuserat,/ et confessus dolos euanuit. Hieronymus/ ad Siluanum conuersus lau-
data eius pa/tientia siquid se uellet interrogat. Pe/tijt ut iam uita decedens ipsum
sequeretur./ Quo impetrato post horam expirauit uic/tisque temptationibus beatifi-
tudinis premia recepit/

Duo nobiles ac diuites uiri Alexandrini,/ licet gentiles, audita miraculorum
fama/ que Dominus per sanctum Hieronymum operabatur,/ pergunta Bethleem
uisendi reliquias eius/ gratia. Incidunt in latronum insidias. Qui dum/ illos taciti
perseuererent, ecce non paruam/ cum ijsdem armatorum manum incedere ui-
dent/

Duo
Alexandrini

23v.

et territi retro abeunt. Iterum non plures quam duo/ apparent. Rem mirantur, de-
positisque armis quid/ hoc esset sciscitatum post eos rursum currunt./ Discunt
tandem Sancti meritis, ad cuius corpus/ uisendum ipsi iter habebant, id sibi con-
tinguisse./ Hi propere reuersi duci ac reliquis socijs/ a quibus missi fuerant, miracu-
lum deferunt./ Et cum irridenter opprobarenturque, ne lu/dibrio quidem
habiti tenere se queunt quin omnes/ palam hortentur ut sceleri et latrocinijs
fi/nem statuentes ad inuisendum Sancti corpus Beth/leem simul ire festinent. At
illi iam ex risu in/ furorem uersi gladios stringunt. Sed cum stu/pescentibus
membris ferire eos, a quibus/ se illudi putabant, nequaquam ualerent, uim/ suis
uiribus maiorem aduersum se experti/ penitentiam agunt. Sanitatem recuperant,
ad/ uisendas Sancti reliquias ire maturant. De/inde ad optatum locum perue-
nientes credunt,/ peccata confitentur, baptizantur. Erant numero/ fere trecenti.
Tot igitur saluati sunt, dum duorum/ salus Hieronymi ope defenditur./

24.

Duo iuuenes Romani ab urbe Syriam uersus/ reliquias huius Sancti uisendi
gratia tendunt./ Iam Bizantium aduentantes ab apparitori/bus capiuntur. Coram
Bizantij preside ho/micidij accusati (duo autem ruri occisi in/uenti fuerant cedis
autore incerto) crimen/ negant, ut qui eiusce rei nihil omnino conscij/ essent.
Sed dum torquerentur, dolore compulsi/ fatentur se reos esse mali illius quod
non com/miserant. Damnati ergo cum se precibus/ beato Hieronymo commen-
dassent, percussi colla/ gladio ledi nequeunt, in ignem proiecti ar/dorem non
sentiunt, laqueo suspensi ueluti/ in solo stantes uiuunt. Die octauo depositi/ li-
berantur et Bethleem adeentes uitam mo/nasticam simul professi Deo in mona-

Duo Romani

sterio/ seruire coeperunt, qui per Sancti sui merita/ ipsos tam præsentí periculo toties ac tam/ mirabiliter eripuerent.

Monialium
auraritia

Apud superiorē Thebaidam foeminarum monasterium fuit, satis opulentum, si plus quam satis est/ non concupissent. His enim quæ ibi degebant/

24v.

moris erat nullam admittere in consortium nisi/ certum pecunie pondus secum afferret. Apparentes cuidam ex illis beatus Hieronymus mandat ut re/liquis nunciet sororibus, nisi ab auraritie/ scelere cito desisterent, diuinam in se ultio/nem propediem expectarent. Admoniti irrident, contemnunt, ludibrio habent nunquam ciantem./ Iterum atque iterum per uisum illius, cuius animus/ a crimine aberat, frustra redargutæ corrigere se omnino noluerunt magis pecuniam diligentes/ quam Deum timentes. Ea una, sicuti monita erat,/ foras exeunte monasterium protinus collapsum ceteras omnes oppressit ruina. Atque/ hunc finem habuit pertinax illiciti questus cum/piditas. Quo tamen exitio per beatum Hieronymum/ fuissent liberate, si ei obtemperare uoluissent./

Hereticus

Hereticus quidam Hierosolymis publice dis/putans, cum sibi beati Hieronymi sententia oppone/neretur, eum mentitum fuisse respondit, nec ultra/ quicquam effari potuit, mutus illico et elinguis/ factus.

Hereticus

Alius Arrianæ perfidiæ hereticus, in/ eandem incidens calumniæ culpam, dolore,/

25.

quem uisceribus concepit, coactus in clamorem/ prorupit, se a Hieronymo tortu dicens/ atque in eodem clamore perseverans ad uesperum expirauit.

Hereticus

Alius eiusdem insanie hereticus imaginem/ Sancti in tabella depictam conspicatus, gutturi illius gladium furibundus infixit./ Sed neque manum inde neque gladium auellere/ potuit, donec iudicis iussu, cui per/ quietem Hieronymus cum uulnere illo apparuerat,/ comprehensus poenas daret. Cum autem ad supplicium duceretur (ea perfidi hominis ferocia/ erat): *Penitet me, inquit, quod non ita uiuum/ ut pictum iugularim!* Quam ob rem, ante quam ad dam/natorum locum deductus esset, lapidibus/ a plebe obrutus interiit et ab imagine/ illa in testimonium perpetrati sceleris crux effluxit./

Ioannes
Cyrilli
nepos

Ioannes ipsius Cyrilli, qui ista quæ recitat/ mus miracula memorie prodidit, ne/pos ac forma egregius iuuenis a Persis/ captus Persarum regi annum seruuiuit. Tedio/ tandem seruitutis affectus beato Hieronymo/

25v.

identidem se commendare coepit. Sed a rege/ apprehensus quod redditum in patriam desyderaret,/ carceri traditur. Nocte dormienti Hie/ronymus appetet qui manu apprehensum atque/ eductum Bethleemi in domo episcopi patrui/ sui sistit. Iuuenis a somno excitus uix/ agnouit se de carcere domum translatum./ Migrantibus cunctis et re sicuti contigerat/ comperta, post Deum beato Hieronymo gratie/ acte, qui se inuocantibus tam efficaciter adesse soleret./

Quēdam¹¹ monialis iuuacula et forma p̄stans/ virgo, sed non minus uitę sanctitate insi/gnis, atque secundum Deum Deique Genitricem/ beato Hieronymo imprimis deuota, cum/ a iuuene quodam uisa adamaretur, magi/ incantationibus misso demone frustra/ tentatur: demon quippe uiso ibi beati Hieronymi simulachro territus fugit. Magum/ reuersus uerberat; re autem cognita magus/ conuertitur. Iuuenis uero propositi sui desperans/ laqueo sibi uitam eripit./

Monialis
castitas
seruata

Ruffus Cyrilli nepos adolescens duo de uiginti/

26.

annos natus diem obijt. Cyrillus, quia/ sibi charus erat, quid de anima eius contigisset/ nosse cupidus, cum beatum Hieronymum pre/caretur, uidit iuuensem igneis catherinis/ terribiliter colligatum, qui propterea poenam/ illam se pati dixit quod de aleę crimine, cuius/ lusu libenter utebatur, nunquam neque peni/tere neque confiteri sibi curę fuerit; abhor/reant ab hac culpa qui tale euadere cupi/unt supplicium et ipsum, qui hoc ad aliorum/ correctionem reuelare dignatus est, obse/crent, ne tale aliquid committant, ac de/ ante commissis ut penitentiam agant./

Ruffus,
Cyrilli nepos

Alius aleę lusu amissa grandi pecunia/ ex animi indignatione maledicta beato/ Hieronymo irrogare ausus repentina/ fulminis ictu interiit.

Aleator

Tres iuuenes apud Tyrum aleę studiosi procaci/ ausu se etiam inuitu beato Hieronymo lusum/ suum et incepturos et finituros dixerunt./ Mox multis cernentibus terre hiatu absorpti/ p̄stare nequiuerunt quod promiserant./

Aleatores tres

26v.

Erat militi cuidam Hierosolymis filius duo/decim annos natus, qui ob nimiam patris/ indulgentiam licenter talorum lusum tessera/rumque sectabatur. Cumque cum ipso patre luderet/ nec sibi iactus ad uotum succederent, ait:/ *A lusione ista nisi uictor non exurgam, uel inuitu Hieronymo, qui aleam prohibet!!* Vix uerba finierat, cum a demone formam/ Ēthiopis assimulato raptus nusquam compa/ruit nihilque fuit patri relicum pr̄ter lachri/mas moeroremque orbitatis, ne et ipse poe/na careret, qui suum sic educauerat filium./ Crudelis est pater qui delinquentes non castigat libe/ros.

Aleator

Hoc quod sequitur, Cyrus Nicolao/ Cretense archiepiscopo referente, qui ad uisen/das beati Hieronymi reliquias Bethleem/ aduenerat, se didicisse ait. Cum apud Can/didam Cretę ciuitatem sacerdos quidam/ perditissimis moribus fameque detestandę/ uita decedens in ecclesia fuisset sepultus, magi/ atque horrendi strepitus prima et se/cunda nocte auditu populum terruere. Die/

Sacerdos
malus

27.

tandem illucescente conueniunt ad ecclesiam or/antque sibi reuelari quid hoc esset. Iam cras/sari in plebem pestilentia cooperat. Apparuit/ ante altare beatus Hieronymus. Iubet scelesti hominis/ cadauer exhumari et de ecclesia ejectum/

¹¹ Corrlexi ex quedam.

ignibus tradi; sic enim pestilentiam desitaram./ Quo dicto ex oculis euanuit. Re autem sicuti/ iussum fuerat peracta morbus cum fragore/ illo simul cessauit. Exinde apud Cretenses beatus Hie/ronymus in magna ueneratione haberi coep-
tus./

Titi post
lapsum
penitentia

Idem Nicolaus retulit in eadem ciuitate/ fuisse iuuenem quandam, Tito no-
men erat,/ beati Hieronymi deuotissimum castitatisque/ amatorem. Qui cum ad
uicesimum usque eta/tis sue annum seruasset uirginitatem, pu/ellam tandem
forma insignem deperire coe/pit duxitque uxorem. Omnem denique quem/ in
Deum habebat affectum in illam transfudit./ Deum ergo deserens a Deo deser-
tut: fratrem/ suum cum uxore in lecto deprehendens ambos/ interimit. Inde fu-
giens latrocinia per/ annos decem exercuit. Cum tamen beato Hieronymo/

27v.

orationem facere, sicuti solitus erat, non omit/teret, Hieronymus tandem sub
mercatoris ha/bitu iuxta iter agens apparuit. At eum/ ille cum socijs inuadens, ut
perimat et spoliet,/ ubi audiuist non esse mercatorem sed Hie/ronymum docto-
rem, cui ipse quotidie preces/ offerret, simul cum socijs repenti stupore cor/rep-
ti subsistunt. Et ille sui unius causa se/ uenisse dicens, ut a flagitio desisteret
pe/nitentiamque ageret hortabatur; hactenus/ enim Dei ultionem, ne in eum
squiret, a se in/habitam fuisse; ultra si peccare pergeret, iram/ Dei sensurum.
Post monita disparuit. Iuue/nis autem cum socijs ad penitentiam conuersi et
beato/ Hieronymo se commendantes eremi loca peti/ere, Deo deinceps seruien-
do, cum ante seruissent/ diabolo. Vno igitur per gratiam beati Hieronymi requi-
sito/ multi a perditione liberati salutem adepti sunt./

Monachi
lapsus et
post
lapsum
penitentia

Monachus quidam iuuenis in superioribus Egypti/ partibus manens, patre
egrotante et filium/ suum uidere cupiente, perrexit astititque patri./ Et cum ei-
dem simul cum domesticis ministrando/

28.

forte accidisset, ut sororis manum manu/ tangeret, diu inuiolata castitas concu-
pi/scentię flammam concepit. Longe alias quam re/cesserat ad monasterium re-
dijt. Iam neque/ comedere potest, neque dormire, dum cogitationibus/ ęstuat.
Dum ergo reliquos occupat sopor, noc/te intempesta ipse exurgens uoluit de
monas/terio exire, sed claves quibus claustra ape/riret non inuenit. Miratur et
posthac multo/ diligentius notat locum ubi repositę sunt,/ frustra tamen, cum
rursum non repertis clavibus/ ad cęllam redire coactus sit. Sic plures trans/eunt
noctes, nec tamen ille miser a tam foedo/ proposito conquiescit. Habebat autem
secum in/ cęlla pictam beati Hieronymi imaginem, quam semper/ adueniens ge-
nuflexus reuerenter salutabat./ Beatus ergo Hieronymus alteri monacho appa-
rens/ iussit fratrem moneret ut ab impura turpique/ cogitatione iam tandem
desistere uellet. Se namque/ ob ipsum salutandi cultum sibi quotidie impensum/
procurasse ne cogitatum scelus perficeret./ Admonitus frater dissimulauit neque
se correxit./

28v.

Quin immo, quo citius quod iam disposuerat perageret,/ cessauit ante Sancti imaginem genuflectere. Sancti/ igitur auxilio ad tempus destitutus claves reperit/ reseratis claustris exit, paternas eisdem noctu/ clam ingreditur, seque in lectulo sororis dormientis tacitus collocat. Illa expergefacta et/ hominem iuxta se sentiens pauida exclamat./ Concurrit ad clamorem familia, et priusquam/ concupitum nefas perpetraret, frater deprehenditur./ Quid autem facturus uenerat non confitendo/ prodit. Abiit animi confusus, et tandem diaboli/ insidias secum considerans in se reuertitur, penitentiam suscipit ac beato Hieronymo gratias agit/, quod ne in pertinacia quidem sua se perire permisit./ Nam si facto etiam sicuti uoluntate peccasset,/ haud ita facile ad penitentiam fuisse redditum./ Igitur uigilantior posthac sui custos factus et/ submissior presbiteri nostri cultor, pie/ ac religiose uitam finiuit./

Ait Cyrus nuper sibi Damasi Portuensis/ episcopi litteras redditas, quibus hoc quoque scriptum legit, quod Romae cardinalis quidam/

Celestinus
cardinalis

29.

nomine Celestinus, dum ineffrenis lingue pro/cacitate in coetu cardinalium publice famam/ beati Hieronymi laceraret, dolore uiscerum/ correptus intestinis per inferiora egestis expirarit.

Andreas cardinalis dum sanus in conuentu mulitorum consisteret fabularetur, repente concidit examinis. Postremo cum peractis exequijs/ iam in eo esset ut sepeliretur, exurexit uiuus./ Dixit ob uestium pompam lautitiamque ciborum/ se fuisse damnandum, nisi beato Hieronymo/ pro se deprecante impertrasset ut corpori/ redderetur. Itaque Sancti huius beneficio non tantum/ reuixit, sed etiam poenas euasit eternas: uitam/ enim correxit, ac bene deinde finiuit.

In superioribus Egypti partibus Heliomo/nacho in solitudine degenti ac sanctitatis/ fama omnibus noto beatique Hieronymi quandam/ familiarissimo, post orationem obdormienti/ uisum est uenisse se in regiam quandam amplitudinis eximię ineffabilisque decoris, tribunal in medio positum et coram iudice ibi/ sedente ac diuinę cuiusdam maiestatis radijs/

Andreas
cardinalis

Helię
monachi
uisiones

29v.

late refulgente adductam episcopi Anconitani/ animam, que clamore et eiulatu sententiam illius preueniens dignam se poena eterna fatebatur, ob uitę luxuriem et immodicam indu/mentorum pompam nimiumque epularum apparet/ratum. Iubente igitur iudice inde ab immundis/ spiritibus auersam fuisse et ad inferos/ relegatam supplicijisque addictam sempiternis./ Post hec Theodosij senatoris animam coram/ sisti et a demonibus quidem acriter accusari, sed a beato Hieronymo defendi, qui eidem/ impetravit ut poenis eternis libera purgatorio traduceretur, post delictorum emun/dationem beata futura, eo quod Theodosius nomen/ Sancti huius reuerenter in uita habuisset.

Eodem tempore idem monachus uidit adolescentem/ pulcherrimum ad beatum Hieronymum accurrisse, uotumque Petri patricij eius deuotissimi/ retu-

Episcopi
Anconitani
anima

Theodosij
anima

Petri patricij
uotum

lissee, ut uidelicet a Domino sibi filium impetraret generandum; diu enim cum uxore uixerat a patris nomine alienus. Dominus/ igitur Petri desiderio et sancti precibus annuens/

30.

prolīs futurę gratiam fecit. Et monachus/ Helias discussō sopore quę uiderat memo/riter tenuit fideliterque enarravit. Denique/ nato filio Petrus gratias egit quod beati Hieronymi meritis ipse diutinę sterilitatis ignominiam/ iam pater factus deleuisset./

Cyrilli
uisio

Sequitur illa Cyrilli uisio, qua Ioanni Baptiste/ Hieronymus noscitur comparandus. Quam quoniam/ supra suo loco descripsimus, hic repeterē super/ua- caneum foret. Reliqua ergo uideamus./

Peracto, inquit, mense post depositionem, postri/die ab octaua Pentecostes plurimis adū/natis episcopis ingentique hominum coetu corpus beati/ Hieronymi exhumatum, ut in sepulchro/ marmoreo quod parauerant poneretur. Sed prius in altari collocatum, ut ab omnibus/ uideri posset, et hęc interim miracula/ secuta: sexdecim cęci tactu eius uisum recu/perarunt; tres a demonum uexatione soluti;/ filius unicus uiduę cuiusdam, cum exanimis/ allatus esset, reuixit. Quod alias cernens/ filium suum, qui iam triduum iacuerat in se-/

Sancti
corpus
exhumatur
Miracula

30v.

pultura, protinus extumulat. Cumque illum/ in scrobe, de qua corpus Sancti leuatum/ fuerat, deposuisset, mox uiuum recepit./

Porro soluta funeralis pompę celebritate,/ cum iam diei uesper esset, beati Hieronymi/ corpus (ut ait) in illo marmoreo monu/mento condidere; sed mane rursum in sua/ pristina fouea iacere inuentum. Nocte se/quenti ipsi Cyrillo in quiete Hieronymus/ apparens dixit, corpus suum humi, ubi/ primum sepultum fuerat, recubiturum, donec/ ab infidelibus Hierosolyma capta serui/re cooperit; inde ad Italiam translatum Romā/ diu permansurum. Et hęc quidem Cyrus/ partim uidisse se, partim audisse ad Augus/tinum scribens testatus est.

Corpus
rursum
inuentum
ubi prius
positum
fuerat
Romam
transferendum
prédixit

Opera quae scripsit

Nequid autem huic lucubratiunculę nostrę deesse/ uideatur, libet in fine singula, quę ab erudi/tissimo sanctissimoque homine conscripta sunt, cur/sim referre, et quidem eorum primo indicem texere/ quę ipse confitetur a se confecta usque ad XIIIII./

31.

Theodosij Principis annum; deinde simul/ cuncta quę adhuc extare comperimus et/ perlegimus recensemebuntur, pręter illa que/ uel temporis longitudine uel Gotthici belli uas/tationibus uel hereticorum inuidia in/tercepta ad nostram usque

etatem perdurare/ nequierunt. Igitur libro *De uiris illustribus*/ se in fine subscribens ita ait:/

Vsque in presentem diem, id est annum Theodosij principis/ decimum quartum, hęc scripsi: Vitam Pauli/ monachi. Epistolarum ad diuersos librum I./ Ad Heliodorum exhortatoriam. Alteratio/nem Luciferiani et Orthodoxi. Chronicon/ omnimodę historię. In Hieremiam et in Eze/chielem homilias XXVIII quas de Greco/ in Latinum uerti. De Seraphim et Osanna./ De frugi et luxurioso filio. De tribus/ questionibus legis ueteris. Homilias in Can/tica can-ticorum duas. Aduersus Helvidium/ de uirginitate Marię perpetua. Ad Eustochium de uirginitate seruanda. Ad Marc/ellam lib. I. Consolatoriam de morte filie/

31v.

ad Paulam. In epistolam Pauli ad Galatas com/mentariorum lib. III. In episto-lam ad Titum lib. I./ In epistolam ad Philemonem lib I. In Ecclesi/asten com-mentarios. Questionum Hebraicarum/ in Genesim lib. I. De locis lib. I . De Spiritu/ Sancto Dydimi in Latinum transtuli lib. I./ In Lucam homilias XXXIX. In psalmos/ usque ad sexdecim, tractatus VI.¹² Captiui mo/nachi uitam et beati Hilarionis. Nouum/ testamentum Grece¹³ fidei reddidi. Vetus/ iuxta Hebraicam transtuli. Epistolarum autem/ ad Paulam et Eustochium, quia quotidie/ scri-buntur, incertus est numerus. Scripsi prēterea/ in Micheam explanationum lib. II. In Sopho/niam lib. I. In Naum lib. I. In Abacuch lib. II./ In Aggeum lib. I. Multaque alia de opere pro/phtali, que nunc habeo in manibus et necdum/ ex-pleta sunt. Aduersum Iouinianum lib. II/ et ad Pamachium apologeticum et epi-taphium./

Hęc Hieronymus. Postea uero uixit annos XXVII,/ si Prospero credimus dicenti anno Theodo/sij iunioris XII ipsum obisse. In his ergo re-/

32.

liqua ędedit. Sed que nunc in manibus sunt,/ uel potius que me perlegisse noue-rim,/ hęc sunt:/

Ad Damasum Papam fidei expositio.

Ad eun/dem utrum in trinitate tres hypostases/ confitendę sint.

Ad eundem quęrit cui in Sy/ria communicare debeat.

Ad eundem super/ quasdam questio[n]es.

Ad eundem de Osanna exposi/tio.

Ad eundem in uisionem Esaię.

Ad eun/dem de Seraphim et calculo.

Ad eundem de filijs frugi et luxurioso.

¹² Sic corrīendum videtur: *In psalmos a decimo usque ad sextum decimum tra-c-tatus VI(I).*

¹³ Correxi ex Grece.

Ad eundem de questio/nibus Noui Testamenti.
Ad eundem in Cantica/ canticorum secundum Origenem.
Ad eundem de 'Gloria/ patri' et 'Alleluia' in fine psalmorum apponendo./
Ad eundem de oblationibus altaris et elemosyne./
In Montanum hereticum ad Marcellam.
In Mon/tanum iterum.
In Iouinianum lib. II.
In Hel/vidium de beate Marię uirginitate perpetua./
In Vigilantium de reliquijs sanctorum uene/randis.
In Vigilantium iterum.
In eundem/ tertio ad Riparium presbiterum.
In Luciphe/rianum dialogus.
In Pelagianos de libero/

32v.

arbitrio.

In eosdem dialogus lib. III.
In erro/res 'Peri archon' Origenis ad Auitum.
In Io/annem Hierosolymitanum episcopum et Ruffinum/ presbiterum, as-sertores Origenis.
In eundem/ Ioannem ad Theophilum papam Alexandrinum./
In Origenianos ad eundem.
De uictoria/ contra Origenianos gratulatoria ad eun/dem.
Iterum de uictoria ad eundem./
Ad eundem librum ab ipso editum laudat.
Origenis/ opera qualiter legenda sint ad Tranquillinum./
In hereticos querimonia ad Marcum presbi/terum.
Contra Origenianos de Theophili episcopi/ strenuitate ad Pamachium et Marcellam./
In detractores librorum suorum aduersum Ioui/nianum ad Pamachium.
In garulum monachum detractorem ad Domnionem.
De fide/ et heresi ad Marcellam.
Ad Alipium et Au/gustinum episcopos gratulatoria, quod Celestinam/ heresim extinxerint.
In Ruffinum ad Pama/chium et Oceanum.
In eundem quod dolose ipsum/ laudarit.
In eundem ad Pamachium et Mar/cellam lib. II.
In eundem epistola/

33.

Ad Oceanum de unius uxoris uiro.
Ad eundem/ de uita clericorum.
Ad eundem de perferendis/ opprobrijs.
Ad eundem consolatoria de obitu/ Fabiolę uxoris.

- Ad eundem et Pamachium/ exhortatoria.*
Ad Pamachium de optimo/ interpretandi genere.
Ad eundem consolatoria/ de morte¹⁴ Paulinę coniugis./
Ad Augustinum Hipponensem episcopum de zelo fidei contra/ hereticos.
Ad eundem de hereticorum perfidia./
Ad eundem de sua ex Hebreo scripturarum/ translatione.
Ad eundem contentio super epistola/ Pauli ad Galathas.
Ad eundem de eodem./
Ad eundem de pace inter se ineunda./
Ad eundem epistole due./
Ad Euagrium de Melchisedech.
Ad eundem/ de presbiteri et diaconi dignitate
Ad eundem/ obiurgatoria quod Leuitam lapsum eiecerit/ et non potius corripuerit cum charitate./
Ad Cromatium et Heliodorum episcopos translatio/ historię Ioachim.
Ad eosdem de Eusebij Cesariensis martyriologio.
Ad Cromatium/ et Eusebium de Bonoso./

33v.

- Ad Paulinum quod occupatus nondum responderit duabus questionibus ab ipso propositis.*
Ad eundem/ de translatione Didymi De Spiritu Sancto.
Ad/ eundem de diuinę historię libris.
Ad eundem de conuersatione monastica et studio scripture./
Ad Rusticum Narbonensem episcopum de uita et conuersatione episcopi et septem gradibus clericorum/ ipsi commissis.
Ad eundem post promissam cum/ coniuge continentiam lapsum ut penitentiam agat./
Ad Marcellinum et Anapsichiam de origine anime./
Ad Ruffinum de iudicio Salomonis.
Ad/ eundem de laudibus Bonosi./
Ad Vitalem presbiterum de Salomone et Achaz./
Ad Dardanum de terra promissionis.
Ad eundem/ de multiplici genere musicorum apud Hebreos./
Ad Aglasium de XI questionibus Noui Testamenti./
Ad Minerium et Alexandrum monachos/ de resurrectione¹⁵ carnis./
Ad Cyprianum presbiterum super psalmo LXXXVIII./
Ad eundem de 'min' et 'men' apud Hebreos./
Ad Desyderium exhortatoria ad loca sancta incolenda.
Ad eundem de precipuis ecclesię scriptoribus./

¹⁴ Correxii ex morte.

¹⁵ Correxii ex resurrectione.

34.

*Ad Magnum oratorem urbis Romę quod sęcula/rium litterarum exemplis
uti licet./*

Ad Sophronium de editione psalterij se/cundum Hebraicam ueritatem./

. Ad Cthesiphontem de interiori et exteriori homine./

*Ad eundem de obedientia, scientia, iuramento, uin/dicta, electis et repro-
bis in iudicio./*

Ad Rusticum monachum de uita monastica./

Ad Innocentium Papam de muliere septies percussa./

Ad Heliodorum exhortatoria ad eremum in/colendum.

Ad eundem iam episcopum consolatoria/ de morte Nepotiani sui nepotis./

Ad Exuperantium, ut abiecta sęculi mi/litia Deo militet./

Ad quandam militem, ut potius Deo militet./

Ad Präsidium diaconem de ratione cerei/ pascalis et ut eremum adeat./

Ad Castrucium consolatoria de eius cęcitate./

Ad Julianum consolatoria de morte uxoris et filij./

Ad Tyrasium consolatoria de morte filię./

Ad Gaudentium de Pacatula puella con/tinentię destinata./

34v.

Ad Florentium epistolę familiares due./

Ad Julianum diaconem due./

Ad Niciam hypodiaconum una./

Ad Chrysogonum Aquilegię monachum una./

Ad Antonium monachum una./

*Ad Theodorum reliquosque anachoritas una, qua/ petit ut sibi adiumento
sint ad sęculum relinquendum./*

Ad Riparium una.

Ad Apronium una./

Ad Paulam et Eustochium de assumptione Marię/ matris Domini.

Ad Eustochium de uinculis Petri apostoli./

Ad ambas de psalterio quod correxerat iuxta/ LXX editionem.

Ad easdem de psalmis ad festa/ Saluatoris pertinentibus.

Ad Eustochium de uirgi/nitate seruanda.

Ad Eustochium consolatoria de/ obitu Paulę matris./

Ad Marcellam de Ephod expositio.

Ad eandem/ de quinque questionibus Noui Testamenti.

Ad eandem/ super psalmo CXXVI.

Ad eandem sub titulo Paule/ et Eustochij de locis sanctis Iudeę.

Ad eandem/ de decem nominibus dei apud Hebreos.

Ad eandem/ de 'alleluia', 'amen' et 'maranatha'.

Ad eandem/ quid sit diapsalma.

Ad eandem in Rethicum/

35.

Gallicum, quibus in locis male exposuerit Cantica/ canticorum.

Ad eandem de collatione editionis/ Aquilę cum Hebreis.

Ad eandem de laudibus/ Asyllę uirginis.

Ad eandem exhortatoria ut/ seculum relinquat.

Ad eandem munerum ab/ ea missorum expositio.

Ad eandem pro mune/ribus gratiarum actio.

Ad eandem de Onaso contra/ detractores.

Ad eandem consolatoria de egro/ratione Blesille.

Ad eandem de patientia aduer/sitatum.

Ad eandem consolatoria de obitu Leę./

Ad Fabiollam de ueste sacerdotali.

Ad eandem de/ XLII mansionibus populi Israel ab Egypto./

Ad Terentiam de uera circuncisione./

Ad Hedibiam de duodecim questionibus./

Ad Principiam uirginem super psalmum XLIII.

Ad ean/dem de uita et obitu Marcellę./

Ad Paulam urbicam de alphabeto Hebraico./

*Ad Suniam et Fretellam in quibus cum Hebreo dis/sideat translatio¹⁶ LXX
super psalterium./*

Ad Castorinam materteram de odio fugi/endo paceque appetenda./

Ad Athletam de institutione filię./

35v.

Ad Demetriadē uirginem de uirginitate ser/uanda.

Ad eandem de uita perfecta./

Ad uirgines Deo dicatas exhortatoria.

Ad/ easdem uiuendi regula./

Ad Matutam de uirginali institutione./

Ad quasdam matrem et filiam in Gallia commorantes./

Ad Celantiam de modo uiuendi./

Ad Furiam de uiduitate seruanda./

Ad Saluinam de morte Nebridij./

Ad Geruntiam de monogamia./

*Ad quasdam uirgines Deo dicatas ne querant/ Geruntij patris hereditatem,
cum sint mortue seculo./*

*Ad Asyllam de amicis fictis Paulę et Melanię/ familiaritatem sibi imputan-
tibus./*

*Ad uirgines Homonenses conqueritur quod/ sibi in charitate non respon-
deant./*

Ad uirginem exulēm consolatoria./

¹⁶ Corrēxi ex translatiōtio.

Ad Theodoram uiduam Hispanam de morte Licinij./

Ad Susanam uirginem a diacono Sabiniano cor/ruptam obiurgatio.

Item ad ipsum Sabiniyanum./

Post hęc quę citra dedicationem leguntur —/ non enim ad quenquam priuatim scripta apparent — hęc sunt:/

36.

De fide et conuersatione Christianorum.

De membris Domini.

De questionibus Veteris Testamenti./

De diuersis lepre generibus.

De corpore et/ sanguine Christi.

Expositio psalmi XLI./

Expositio psalmi CVII.

Translatio Origenis/ in Cantica canticorum lib. II.

In Cantica canticorum lib. IIII./

Sermo de natuitate Domini.

Sermo de epiphania.

Sermo de ieunio quadragesime.

Sermo de/ pasca et agni immolatione.

Sermo de eodem./

Sermo de Domini resurrectione.

Sermo de as/sumptione Marie.

Sermo de parentibus ho/norandis.

Tractatus de locis Iudeę per/ ordinem alphabeti.

De decem temptationibus/ quibus populus Israel in deserto Deum irritauit./

De uiris illustribus.

De uigilijs.

De filijs/frugi et luxurioso.

De penitentia et quis/ uere penitens.

Pręterea commentarij eius/ quos perlegi hi sunt:/

In Genesim Hebraicarum questionum lib. III.

In Osee prophetam lib. I.

In Iohelem lib. I.

In Am/los lib. I.

In eundem lib. II.

In Abdiam lib. II./

In Ionam lib. I.

In Micheam lib. II.

In Naum lib. I./

36v.

In Abacuch lib. II.

In Sophoniam lib. II.

In Aggeum/ lib. I.
In Zachariam lib. III.
In Malachiam lib. I./
In Esaiam lib. XVIII.
In Hieremiam lib. VI.
In/ lamentationes lib. III.
In eius orationem lib. I./
In Ezechielem lib. XIII.
In Danielem lib. I.
In/ parabolas Salomonis lib. III.
In Ecclesiasten lib. I./
In omnes psalmos lib. I
Translatio psalterij/ iuxta Hebraicam ueritatem./
In Mattheum lib. III.
In Marcum lib. I.
In epis/tolam Pauli ad Romanos ad Heraclium fratrem secundum/ Origenem lib. I.
In epistolam ad Galatas lib. III.
In/ epistolam ad Ephesios lib. III.
In epistolam ad Titum lib. I./
In epistolam ad Philemonem lib. unus./

Post hęc uidimus Origenis homilias:

In/ Genesim.
In Exodum.
In Leuiticum.
In Numeros.
In/ Iesum Naue.

In librum Iudicum, omnes numero CXVII;/ has quoque a beato Hieronymo Latinas factas/ constat.

Siquis plura extare nouerit, addat;/ ego adhuc non comperi. Ista autem quę hic re/tulimus et multa quidem sunt si numerentur/ et si consyderentur admiranda. Dabunt itaque/ mihi ueniam cęteri omnes ecclesiastici scriptores,/

37.

ita ego sentio, alijs defuisse aliquid peritie./ alijs eloquentie; qui autem utraque re sic pres/taret, fuisse neminem. Sanctitatis uero uel me/ritorum comparationem facere non nostri iudicij/ est sed diuini. Nouit ille, qui solus omnium/ sanc-torum certissima beatitudo est, quem magis/ et quem minus sui faciat participem. Ipsi/ laus et gloria in sempiternum. Amen.

Summa: libri, tractatus, homilie, sermones,/ epistolę plus minus CCCCXL./

In eos qui beatum Hieronymum Italum/ fuisse contendunt/

Quum hęc scriberem, attulit mihi quidam librum/ nuper editum, *Supplementum Chronicarum* appellat. In eo scriptum erat Hieronymum non/ Delmatam esse, sed Italicum. Vehementer admissus quesui autoris nomen. Vbi et ipsum Italum esse conspexi (Bergomensem enim se profitetur),/ *Zelum*, inquam, *habuit iste* (ut Apostolus ait), sed non/ secundum scientiam. Hieronymum quippe studiosus,/ quanuis Delmatam fuisse sciret, sancta quadam/ inuidia delinitus non indignum monacho/

37v.

putauit de alieno facere si posset suum./

Monachi
uerba

Hieronymus, inquit, *uir sanctissimus et doctor celeber/rimus, Sanctę Romanę Ecclesię cardinalis presbiter, nati/one Italicus ex oppido Stridonis in Istrię/ prouincia constituto, quod quidem a Gothis euersum/ fuerat Pannonię quondam Delmatięque confinium./*

Quomodo, queso, ista simul stare possunt, ut oppidum aliquod Pannonię Delmatiamque disterminet/ et in Istriam sit, cum post Istriam Liburniam esse/ constet, Liburnię autem iunctam esse Delmatiam? Nisi forte aliquis de stirpe Aeneę Troiani/ inuentus sit *Ilium in Italianam portans uictosque/ penates*, aut tantam habens fidem, ut non solum/ montes, sed etiam cum montibus prouincias trans/tulerit, atque ita Delmatiam cum Stridone/ oppido de loco suo auulsam ultra Liburniam in Istriam usque iusserit euolare, ut Stridone (sicut Hieronymus ipse dixit) et prius in Delmatię Pannonięque finibus fuerit, et nunc/ (ut Bergomensis ait) in Istrię agro consistat./ Evidem ista consyderans curiosius quęrere/ coepi, unde homini religioso ueritatisque professori/

38.

hic error irreperitur, ut etiam pugnantia inter se/ asserere non dubitet, et inueni, ubi Longobar/dorum regni principium ostendere nititur, Blondum/ quendam Forliuiensem in medium produxisse;/ qui, cum Italię regiones describeret, tertiam/ decimam dixit Istriam esse, *in qua*, inquit, *Iusti/nopolis Ciuitas et Pola et Stridon oppidum,/ Sanctissimi Hieronymi patria, quod hodie Sdrigna/ appellatur.*

Blondi
uerba

Hęc Blondi uerba cum legissem,/ monachi Bergomensis pium simplicemque affectionem mecum excusare coepi, et *Discipuli*, inquam,/ *error magistri culpa est*. Magister autem parum/ (ut mihi uidetur) scrutandę antiquitatis curiosus, nominis similitudine deceptus, Stridonem/ olim fuisse putauit quod nunc Sdrigna dicitur./ Et tamen hoc saltem secum animaduertere debuerat:/ si Sdrigna Stridon est, quomodo Hieronymus/ dixit oppidum hoc inter Pannonię et Delmatiam esse, et non potius inter Pannonię et/ Istriam? Quęnam igitur ista nouitij autoris/ audacia, ut putauerit sibi magis quam Hieronymo de se loquenti homines credituros? Sibi,/

38v.

inquam, in Italia, et quidem post mille et ducen/tos annos genito, plus fidei habituros quam illi/ ipsi, qui patrię suę fines multo plenius exac/tiusque et uerius nosse potuit, tum a parentibus/ tum ab indigenis edocitus, quam quisquam alius/ externorum etiam illa sua ètate uiuens?/

Videamus ergo, Bergomensis frater, Blondus/ iste preceptor tuus talia asserens quam procul/ a uero sit. Italię fines Pomponius Mella,/ antiquissimus autor, qui ad mare Adria/ticum spectant, ad Tergestum usque produxit,/ Strabo ad Polam, Plinius ad Arsiam fluuium,/ Ptolomeus quoque Istriam Italię finibus ui/detur concedere; Pomponij libro *Geographię*/ suę secundo uerba hęc sunt: *Illyricis usque/ Tergestum, cetera Gallicis Italisque gentibus/ cinguntur.* Strabonis autem lib. VII. hęc: *usque/ ad Polam ciuitatem Istrię, huius temporis Imperato/res Italię terminos extendere.* Plinij uero/ *Naturalis hist.* lib. III. hęc: *Et nunc finis Italię/ fluuius Arsia.* Ptolomei denique lib. III. hęc:/ *Post Istriam Italię ora, inde Liburnię, aut/*

Pomponius
Mella
Strabo
Plinius
Ptolomeus

39.

Illyrici. Patet igitur ad Arsiam usque siue Polam/ Istrię esse finem, et inde primam Illyrici partem,/ quę Liburnia dicitur, incipere, Plinio quoque/ ita dicente: *Arsię gens Liburnorum iungitur/ usque ad flumen Titium. Pars eius, inquit, fue/re/ Mentores, Hymani, Encheleę, Dudini,/ et quos Callimachus Peucecias ap-pellat,/ nunc totum uno nomine Illyricum uocatur.* Idem/ ait: *Liburnię finis et initium Delmatię/ Scardona.* Tantum igitur ab Istria distat Del/matia, quanta est Liburnię totius longitudo./ Quod si Delmatia nostra tam inde procul abesse/ no-scitur, quo pacto Stridon oppidum non ab/erit? Quod Delmatiam cum Pannonia dister/minare a Hieronymo, ibidem nato, ibidem/ adulto, et conuersato dictum est, ut igitur cognos/cas Stridonem non illud oppidum esse, quod nunc/ (ut Blondus ait) Sdrigna dicitur, sed longe/ ab eo diuersum, et quod nunc ab accolis Stri/goum uocatur, et a Ptolomeo Sidrona olim/ nuncupatum sit; quanuis ipse Ptolomeus Li/burnię illud annumeret, ita tunc angusti/-

Liburni
Illyricum
Delmati
Stridon alter
ab eo qui
nunc Sdrigna

39v.

ores Delmatię fines erant, qui postea latius se/ effuderunt. Nisi enim Stridon Delmatiam attingeret,/ nequaquam Hieronymus Delmatię potius quam Li-bur/nię mentionem fecisset. Porro Ptolomeus lib./ III. ita ait: *Ciuitates Liburnię mediter/raneę hę sunt: Tedastum, Aruncia, Adrotium,/ Stulpsi, Curum, Ausan-cali, Varuaria, Saluia,/ Adra, Aruona, Assesia, Burnum, Sidrona,/ Blanona, Ouporum, Nedinum,* deinde comme/morat Delmatię mediterranea. Sidronam/ ergo oppidum, postea Stridonem dictum, in Li/burnia posuit, non, ut Blondus somniauit,/ in Istria. Quod autem Sidrona et Stridon idem/ sit, uide Ptolomei expositorem, qui ait:/ *Sidrona siue Stridon; hinc Sanctus Hieronymus/ de quat-tuor Doctoribus ecclesię originem dicit.* Hęc ille. Itaque cum Sidrona, siue Stridon,/ siue (ut nunc appellant) Strigoum, non Istrię/ sed Liburnię oppidum fuerit, Hieronymus/ Italicus dici nullo modo debuit.

Ptolomeus
Sidrona idem
quod Stridon

Quod ut/ clarius tibi constet, qui uera nosse cupis,/ inspice apud eundem autorem tabulam quintam/

40.

Europę. Ibi, si a Scardona, quam Liburnię/ finem et initium Delmatię esse Plinius deffiniuit,/ septentrionem uersus lineam intenderis, in radi/cibus montis, qui Illyricum cum Pannonia diuidit,/ Sidronam inuenies; hoc oppidum tametsi Pto/lomei tempore, qui multo ante Hieronymum fuit, in/ Liburnię finibus erat, postea tamen longius pro/ductis finibus, quibus Iaderam, Enonam Ar/bamque Liburnię quondam oppida comprehen/dimus, Delmatię dictum fuit: iccirco in eo/ deffiniendo Hieronymus Delmatię non Liburnię/ fecit mentionem; iuxta quod oppidum Pannoniam/ incipere, et ad septentrionem Danubio finiri/ scrip-tores testantur. Huc accedit quod ab illis/ quoque, qui nunc de locis ei oppido proximis/ ad nos commeant, sepe audimus, in medijs/ Strigoi ruinis adhuc sa-cellum stare Hiero/nymo dedicatum, ab accolis quidem conditum, ut/ ibi eius permaneret memoria, ubi nouerant/ natum; eūdium etiam partem aliquam su-presse, quas/ parentum ipsius fuisse affirmant. Quis ergo/ tam impudens, tam frontis perficate, ut contra/

40v.

tot, taliumque testimonia quicquam diuersum asse/ueret? Aut cur tandem ali-quis Italorum non permit/tet nobis hunc apud nos natum esse gloriari, si nos/ illis non interdicimus, ut sibi plaudant eundem/ apud ipsos bonarum artium disciplinam percepisse,/ licet et in Grēcia Grēcis litteris¹⁷ excultus sit, et in Sy-ria Hebraicis/ eruditus?

Hec autem ad dignoscendum cu/iatem illum dicere debeamus coram re-cen/suisse satis sit. Ceterum disceptationem/ hanc nostram concertationemque, licet ex/ animi pietate susceptam, ipsum Hierony/mum non tam reprehendere quam ridere reor,/ quippe qui iam non aliam patriam agno/scit nisi in qua tam feliciter ciuis perpe/tuus atque perennis ascribi meruit,/ hoc est cœlestem illam Hierusalem, que est/ mater nostra. Inde ipsum dicentem/ audire mihi uideor:
Ille meus est, et/ ego suus, qui ea que docui magis na/uiter exequi contendit;
ille meus est,/ et ego suus, qui sanctorum uitam/

41.

quantum potest imitari non desistit; ille/ denique meus est et ego suus, qui Christi/ Domini mei est, et Dei mei, cui soli cum/ Patre et Spiritu Sancto laus et gloria/ in sempiternum. Amen./

Quod
Stridon in
Delmatia sit

¹⁷ Post litteris deletum: *et in Syria Hebraicis.*

De laudibus diui Hieronymi/ carmen

Delmatię lētis olim generatus in oris
Hieronymus toto notus in orbe fuit.
Inter Catholicos unus facundior omnes,
 Iudice me, magno nec Cicerone minor.
Cecropia doctus lingua, doctusque Latina,
 Hebraicos didicit Chaldaicosque sonos.
Felix tam uarię donis donate loquelle,
 Ingenio multum, nec minus arte ualens!
Te Scripturarum castigatore, recessit
 Omnis ab utroque menda fugata libro.
Te monstrante patent sensus et enigmata uatum,
 Iam licet obscuris nil titubare locis:
Sic Sole infuso tenebras uanescere noctis
 Cernimus, et nubes flantibus etesijs.

41 v.

Te bellante pijs uerterunt terga prophani,
 Perpetius nostris hostibus hostis eras. (15)

Te duce, prostratis erroribus, alma triumphat
 Ecclesia, et laudes concinit usque tuas.

Tu nobis consulta, modos monitusque dedisti,
 Per quos alta poli scandere ad astra datur. (20)

Nec tamen ista magis uerbis calamoque docebas,
 Quam uita et factis, uir memorande, tuis.

Nam Latium linquens Syrię deserta petisti,
 Sacco membra tegens esurieque domans.

Illa angusta specus muscoque uirentia saxa,
 Nudaque paupertas assiduusque labor, (25)

Cur sint, Roma, tuis tectis prelata superbis,
 Cur tot diuitijs delitijsque tuis?

Noscere si cupias, rerum metire suprema,
 Et causam disces finis ab indicio.

Ille etenim potuit qui talia spernere multa,
 Contentus paruo, nunc bona summa capit. (30)

Nunc fruitur cęlo, sed quo quoque tempore terras
 Incoluit, mira dote beatus erat:
 Mentis enim leuibus transcendens ęthera pennis,
 Non semel angelicos fertur adisse choros, (35)

42.

Et sanctos uidisse patres, uidisse sedentem
Fulgenterque super culmina summa Deum;

Sepe supernarum pastus dulcedine rerum
 Ieiunus totas perstitit hebdomas; (40)
 Illi terribiles se submisere leones,
 Nec dedignati sunt sua iussa sequi.
 Nullus tunc domitor, uis nulla subegerat illos,
 Et caput imperio supposuere suo.
 Grande uiri meritum, cui grex quoque mutus honorem (45)
 Prestitum, et sequē quem coluere ferē.
 Grandius hoc tamen est: illius nomina diri
 Demones horrescunt effigiemque cauent;
 Illi uota homines persoluunt sepe periclis,
 Sepe graui erepti protinus exitio. (50)
 Ossa uiri, Solymis defuncti, Roma recepit:
 Illius meritum hoc quoque credo datum.
 Christus namque mori Solymis elegit et idem
 Ecclesię Romam prestitit esse caput.

(Tekst priredio Darko Novaković)

INDEX NOMINUM

- Abacuch 31v, 36v
Abdias
 Abdiam 36
Achaz 33v
Adra 39v
Adriaticum 38v
Adrotium 39v
Aeneas
 Aeneę 37v
Aggeus
 Aggeum 31v, 36v
Aglasius
 Aglasium 33v
Alexandria 9v
 Alexandriam 6v
Alexandrinus
 Alexandrini 23
 Alexandrinum 32v
Alexander
 Alexandrum 33v
Alipius
 Alipium 32v
Amos 36
Anapsichia
 Anapsichiam 33v
Anconitanus
 Anconitanı 29v
Andreas 29
Antiochia
 Antiochiam 4
 Antiochię 6v
Antonius
 Antonium 34v

Apocalypse
 Apocalypsi 13v
Apollinaris Laodicenus
 Apollinarem Laodicenum 6v
Apronius
 Apronium 34v
Aquilegia
 Aquilegię 34v
Aquila
 Aquile 35
Arba
 Arbam 40
Arrianus
 Arriana 8
 Arrianam 3
 Arrianis 8
 Arriane 24v
Arsia 38v
 Arsiam 38v, 39
 Arsię 39
Aruncia 39v
Aruona 39v
Assesia 39v
Asylla
 Asyllam 35v
 Asyllę 35
Athleta
 Athletam 35
Augustinus 9 (bis), 19, 19v (bis)
 Augustini 2, 15
 Augustino 17v, 21v
 Augustinum 17v, 20, 30v, 32v,
Auitus
 Auitum 32v

- Ausancali 39v
- Baptista: v. Ioannes Baptista
- Barabanus
 Barabanum 6v
- Bergomensis 37v, 38, 38v
 Bergomensem 37
- Bethleem 6v, 9, 14v, 18v, 23, 23v, 24,
 26v
 Bethleemi 25v
- Bizantium 24
 Bizantij 24
- Blanona 39v
- Blesilla
 Blesille 3v, 35
- Blondus 38v, 39, 39v
 Blondi 38
 Blondum 38
- Bonosus
 Bonosi 33v
 Bonoso 33
- Burnum 39v
- Caldaicus 7v
 Caldaicam 7
 Caldaice 21
 Caldaicum 7v
 Chaldaicos 41
- Callimachus 39
- Candida
 Candidam 26v
- Cantica cantorum* 31, 32, 35, 36
- Carybdis 2v
- Castorina
 Castorinam 35
- Castrucius
 Castrucium 34
- Cecropius
 Cecropia 41
- Celantia
 Celantiam 35v
- Celestinus 29
- Celestinus (*adi.*)
 Celestinam 32v
- Chaldaicos: v. Caldaicus
- Christus 42
 Christe 1v (bis)
 Christi 8, 17, 17v, 36, 41
 Christo 10v, 11, 18v, 22
 Christum 17, 17v
- Christianus 5v
 Christianorum 36
 Christianum 5
- Chronicon 20v, 31
- Chrysogonus
 Chrysogonium 34v
- Cicero (v. et Tullius)
 Cicerone 41
 Ciceronis 4v, 7
- Ciceronianus 5
- Constantinopolis
 Constantinopolim 6v
- Constantius
 Constantio 3
- Cremonensis (v. et Eusebius *Cremonensis*)
 Cremonensem 14v
 Cremonensi 15
- Cretensis
 Cretense 26v
 Cretenses 27
- Creta
 Cretę 26v
- Cromatius
 Cromatium 14, 33 (bis)
- Cthesiphon
 Cthesiphontem 34
- Curum 39v
- Cyclades
 Cycladas 4
- Cyprianus
 Cyprianum 33v
- Cyprus
 Cyprum 4
- Cyrillus 2, 18v, 20 (bis), 21v, 26, 26v,
 28v, 30v
 Cyrilli 2, 25, 25v, 30
 Cyrillo 14v, 22, 30v
 Cyrillum 15
- Damasus (Papa)
 Damasum 8
 Damasum 32
- Damasus (episcopus Portuensis)
 Damasi Portuensis 28v
 Damasum Portuensem 16v
- Daniel
 Danielem 7, 7v, 36v
- Danubius
 Danubio 40
- Dardanus
 Dardanum 10v, 33v

- De Spiritu Sancto* 31v, 33v,
De uiris illustribus 2v, 31
Deus 19
 Dei 8v, 14v, 17, 27v (bis), 41
 Deo 3, 3v, 10, 13, 13v, 16, 17, 24, 27,
 27v, 34 (bis), 35v (bis)
 Deum 16v, 18, 19, 24v, 25v (bis), 27
 (bis), 36, 42
Dei Genitrix
 Dei Genitricem 50
Delmata
 Delmatam 37 (bis)
Delmatia 39 (bis)
 Delmatiam 37v (quater), 38, 39, 39v
 Delmatię 2v, 37v (bis), 39, 39v (ter),
 40 (ter), 41
Demetrias
 Demetriadem 35v
Desyderius
 Desyderium 33v
Didymus
 Didymi 33v, (Didimi) 31v
 Didimum 6v
Dione
 Diones 4
Dominus 13, 23, 29v
 Domine 5v (bis), 18, 18v
 Domini 11, 13, 14v, 17v, 18, 34v, 36
 (ter), 41
 Domino 7, 11, 12v, 17v, 20v, 22 v,
 29v
 Dominum 18
Domnion
 Dominionem 32v
Donatus
 Donatum 2v
Dudini 39
Dydimi: v. *Didymus*
- Ecclesiastes*
Ecclesiasten 31v, 36v
Encheleq 39
Enona
 Enonam 40
Ephesii
 Ephesios 36v
Ephod 34v
Epiphanius
 Epiphanio 4
Esaia
 Esaiam 36v
 Esaię 32
- Euagrius*
 Euagrij 8
 Euagrium 33
Europa
 Europe 40
Eusebius Cesariensis
 Eusebij Cęsariensis 33
Eusebius Cremonensis 16v, 20v, 22
 Eusebij 2
 Eusebio 15, 17v, 20v, 21v (bis)
 Eusebium 14v, 17v (bis), 33
Eusebius (Hieronymi pater)
 Eusebio 2v
Eustochium 4v, 12, 31, 31v, 34v (quater)
 Eustochij 20v, 34v
 Eustochio 3v, 6
- Exodus*
Exodum 36v
Exuperantius
 Exuperantium 34
Ezechiel
 Ezechielem 31, 36v
- Egyptus*
 Egypti 27v, 29
 Egypto 16, 35
 Egyptum 4v
Ethiopicus
 Etiopicę 12
Ethiops
 Etiopis 26v
- Fabiola*
 Fabiolam 10
 Fabiollam 35
 Fabiolle 33
Fabiollam, Fabiolle: v. *Fabiola*
Florentius
 Florentium 34v
Forliuiensis
 Forliuiensem 38
Fretella
 Fretellam 35
Fronto
 Frontonis 7
Furia
 Furiam 35
- Galatae*
 Galatas 31v, 36v; (Galathas) 6, 33

- Galathas: v. Galatae
 Gallia 35v
 Gallicus
 Gallicis 38v
 Gallicum 35
 Gaudentius
 Gaudentium 34
 Gehenna
 Gehennę 24
 Gelasius 8v (bis)
Genesis
 Genesim 31v, 36, 36v
Geographia (Pomponii Melae)
 Geographię 38v
 Geruntia
 Geruntiam 35v
 Geruntius
 Geruntij 35v
 Gothicus
 Gothici 31
 Goths
 Gothis 37v; (Gothis) 2v
 Gothis: v. Gothi
 Graius
 Graię 21
 Gregorius Nazanenus
 Gregorium Nazanzenum 6v
 Gręcia 40v
 Gręcius
 Gręca 3
 Gręcis 9v, 40v
 Gręcę 31 v
 Gręco 7v, 9, 31
- Hebraicus
 Hebraicam 7, 31v, 34, 36v
 Hebraicarum 31, 36
 Hebraice 21
 Hebraicis 6v, 40v
 Hebraico 35
 Hebraicos 41
- Hebreus
 Hebreis 7, 9v, 35
 Hebreo 7v (bis), 9, 33, 35
 Hebreos 33v (bis), 34v
- Hedibia
 Hedibiam 69
- Helias 30
 Helię 29
- Heliodorus
 Heliodorum 13v, 14, 31, 33, 34
- Helvidius
 Helvidium 31, 32
- Heraclius
 Heraclium 36v
- Hieremias
 Hieremiam 31, 36v
- Hieronymus 2v, 8v (bis), 9v (bis), 11, 16
 (bis), 20, 21v, 22, 22v, 23 (bis), 24v,
 25, 25v, 27 (bis), 27v, 28, 30, 30v,
 31v, 37v (bis), 38, 39v, (ter) 40, 41
 Hieronyme 14v
 Hieronymi 2 (bis), 18v (bis), 19v, 20,
 22, 23v, 24v, 25v, 26v, 27, 27v, 28,
 29 (bis), 30 (bis), 30v, 38, 41;
 (Hieronymi) 21
 Hieronymo 9, 15, 15v, 22v, 24 (bis),
 25, 25v (bis), 26 (bis), 26v, 27, 27v,
 28v, 29, 29v, 36v, 37v, 39, 40
 Hieronymum 8v, 9, 9v, 19v, 23, 24v,
 26, 27v, 29v, 37 (ter), 40, 40v
- Hierosolima
 Hierosolimam 9v
- Hierosolyma 30v
 Hierosolymam 4v, 6v, 14v
 Hierosolymę 4
- Hierosolyma
 Hierosolymis 9, 24v, 26v
- Hierosolymitanus 21v
- Hierusalem 40v
- Hilarion
 Hilarionis 31v
- Hippo
 Hippone 19
- Hipponensis
 Hipponensem 33
- Hironymi: v. Hieronymus
- Hispanus
 Hispanam 35v
- Homonensis (i. e. Emonensis)
 Homonenses 35v
- Honorius
 Honorij 21
- Hymani 39
- Iadera
 Iaderam 40
- Iesus
 Iesu 12v, 18v
 Iesum 17v
- Jesus Naue
 Iesum Naue 36v

- Illum 37v
- Illyricum 39, 40
 - Illyrici 39 (bis)
- Illyricus
 - Illyricis 38v
- Innocentius
 - Innocentium 34
- Ioachim 33
- Ioannes Baptista 20
 - Ioannes 20
 - Ioannem Baptistam 19v
 - Ioanni Baptiste 30
 - Ioannis 20
 - Ioannis Baptiste 20
- Ioannes (Cyrilli nepos) 25
- Ioannes (episcopus Hierosolymitanus)
 - Ioannem 32v (bis)
- Iohelem 36
- Iona
 - Ionam 36
- Iouinianus
 - Iouinianum 31v, 32, 32v
- Israel 18, 35, 36
- Istria 37v (bis), 39, 39v
 - Istriam 37v (bis), 38 (bis), 38v (bis)
 - Istrię 37v, 38v, 39, 39v
- Italia 38v
 - Italian 30v, 37v
 - Italię 38, 38v (quinquies)
- Italicus 37v, 39v
 - Italicum 37
- Italus
 - Italis 38v
 - Italorum 40v
 - Italum 37
- Iudea
 - Iudeę 34v, 36
- Iudei
 - Iudeos 6v
- Judices*
 - Judicum 36v
- Iulianus
 - Iulianum 9, 34, 34v
- Iustinopolis 38
- Kalendae Octobres
 - Kalendas Octobres 21
- Laodicenus: v. Apollinaris Laodicenus
- Latinus
 - Latina 3, 7v, 41
- Latinas 36v
- Latinis 9v
- Latino 9
- Latinum 7v, 31, 31v
- Latium 41v
- Latius
 - Latię 21
- Lea
 - Leę 35
- Leo
 - Leone 1v
 - Leoni 1v
- Leuita
 - Leuitam 33
- Leuiticum 36v
- Liberius
 - Liberio 5 (bis)
- Liburnia 39, 39v
 - Liburniam 37v
 - Liburnię 37v, 38v, 39 (ter), 39v (ter), 40 (quater)
- Liburni
 - Liburnorum 39
- Licinius
 - Licinij 35v
- Longobardi
 - Longobardorum 38
- Luca
 - Lucam 31v
- Luciferianus
 - Luciferiani 31
 - Lucipherianum 32
- Lucipherianum: v. Luciferianus
- Marcus Marulus
 - M(arci) Maruli 1v
 - Marco Marulo 2
- Magnus
 - Magnum oratorem 34
- Malachia
 - Malachiam 36v
- Malchus
 - Malcho 8
- Maleae
 - Maleas 4
- Marcella
 - Marcellam 31, 32, 32v, 34v
 - Marcellę 35
- Marcellinus
 - Marcellinum 33v
- Marcus (euangelista)
 - Marcum 36v

- Marcus (prezbiter)
 Marcum 32v
- Maria (*v. et Dei Genitrix*)
 Marię 31, 32, 34v, 36
- Maro 6
- Martinus
 Martini 9
- Mars
 Martis 1v
- Matheus
 Mattheum 36v
- Matuta
 Matutam 35v
- Melania
 Melanię 35v
- Melchisedech 33
- Mentores 39
- Michea
 Micheam 31v, 36
- Minerius
 Minerium 33v
- Minerua 21
- Montanus
 Montanum 32 (bis)
- Narbonensis (*v. et Rusticus*)
 Narbonensem 33v
- Naturalis historia*
Naturalis hist(orię) 38v
- Naum 31v, 36
- Nazareth
 Nazareti 2, 22
- Nebridius
 Nebridij 35v
- Nedinum 39v
- Nepotianus
 Nepotiani 34
- Nicias
 Niciam 34v
- Nicodemus
 Nicodemum 6v
- Nicolaus 27
 Nicolao 26v
- Nouum Testamentum* 31v
Noui Testamenti 32, 33v, 34v,
- Numeri*
Numeros 36v
- Oceanus
 Oceanum 11, 32v, 33
- Onasus
 Onaso 35
- Origenes
 Origenem 32, 36v
 Origenis 8v, 32v, 36, 36v
- Origenianus
 Origenianos 32v
- Orthodoxus
 Orthodoxi 31
- Osanna 31, 32
- Osee 36
- Ouporum 39v
- Pacatula 34
- Pallas
 Palladis 21
- Pamachius
 Pamachium 6v, 31v, 32v (quater), 33
 (bis)
- Pannonia 39, 40
 Pannoniam 37v, 38 (bis), 40
 Pannonię 2v, 37v
- Paula 3, 6
 Paulam 31v (bis), 34v, 35
 Paulę 20v, 34v (bis), 35v
- Paulus
 Pauli 6, 31, 31v, 33, 36v
- Paulinus
 Paulini 4
 Paulinum 33v
- Paulina
 Paulinę 3v, 33
- Pelagiani
 Pelagianos 32
- Pentecoste
 Pentecostes 30
- Peri archon* 32v
- Persae
 Persarum 25
 Persis 25
- Petrus (apostolus)
 Petri 8v, 34v
- Petrus (patricius) 30
 Petri 29v
- Peuceciae
 Peucecias 39
- Philemon
 Philemonem 31v, 36v
- Plato 5
- Plinius 38v, 40
 Plinij 7, 38v

- Plinio 39
- Pola 38
 - Polam 38v, 39
- Pomponius Mella 38v
 - Pomponij 38v
- Portuensis 28v (v. et Portuensis)
 - Portuensem 16v
- Posthumianus 10
 - Posthumianum 9
- Principia
 - Principiam 35
- Pr̄esidius
 - Pr̄esidium 34
- Prosper
 - Prospero 20v, 31v
- Protheus
 - Prothei 4
- Ptolomeus 38v, 39, 39v
 - Ptolomei 38v, 39v, 40
 - Ptolomeo 39
- Quintilianus
 - Quintiliiani 7, 7v
- Regium 4
- Rethicus
 - Rethicum 34v
- Riparius
 - Riparium 32, 34v
- Roma 3, 3v, 41v, 42
 - Romam 2v, 11, 42
 - Rome 4v, 28v, 30v, 34v
- Romanus
 - Romana 3, 8
 - Romani 24
 - Romanis 12
 - Romano 4
 - Romanum 16v
- Ruffinus 8v
 - Ruffino 6, 8v
 - Ruffinum 4, 32v, 33v
- Ruffus 25v
- Rusticus (monachus)
 - Rusticum 7, 13v, 34
- Rusticus (Narbonensis episcopus)
 - Rusticum Narbonensem 33v
- Sabinianus 22 (bis)
 - Sabiniani 22v
 - Sabiniano 35v
 - Sabinianum 35v
- Salomon
 - Salomone 33v
 - Salomonis 33v, 36v
- Saluia 39v
- Saluina
 - Saluinam 35v
- Sanctus Spiritus
 - Sancti Spiritus 12, 41
 - Spiritu Sancto
- Sancta Romana Ecclesia
 - Sanctę Romanę Ecclesię 37v
- Scardona 39, 40
- Sdrigna 38 (ter), 39
- Seraphim 31, 32
- Seuerus Sulpicius 9
 - Seueri Sulpicij 2
 - Seuerum Sulpicium 19v
- Sidrona 39, 39v (quater)
 - Sidronam 39v, 40
- Siluanus 22, 22v
 - Siluani 22v
 - Siluanum 22v, 23
- Solyma
 - Solymis 42
- Sophonias
 - Sophoniām 31v, 36v
- Sophronius
 - Sophronium 34
- Strabo 38v
 - Strabonis 38v
- Stridon 37v, 38 (bis), 39, 39v (quater)
 - Stridone 2v, 37v
 - Stridonem 38, 39 (bis), 39v
 - Stridonis 37v
- Strigoum 39, 39v
 - Strigoī 40
- Stulpsi 39v
- Sunia
 - Suniam 35
- Supplementum Chronicarum* 37
- Susana
 - Susanam 35v
- Syllaceus
 - Syllaceo 4
- Syrena
 - Syrenarum 4
- Syria 8, 32, 40v
 - Syriam 24
 - Syrię 8, 41
- Tediastum 39v

- Terentia
 - Terentiam 35
- Tergestum 38v
- Thebaida
 - Thebaidam 24
- Theodonius 29v
 - Theodonij 29v
 - Theodonio 17v
 - Theodonium 16v
- Theodora
 - Theodoram 35v
- Theodorus
 - Theodoro 11
 - Theodorum 11, 34v
- Theodosius
 - Theodosij 31, 31v
- Theophilus
 - Theophilii 32v
 - Theophilum 32v
- Titius
 - Titum 39
- Titus (iuvensis)
 - Tito 27
- Titus (Pauli apostoli comes)
 - Titum 31v, 36v
- Tranquillinus
 - Tranquillinum 32v
- Troianus
 - Troiani 37v
- Tullius 6 (v. et Cicero)
 - Tullij 7v
 - Tullium 4v
- Turo
 - Turone 19v
- Tyrasius
 - Tyram 34
- Tyrus
 - Tyrum 26
- Varuaria 39v
- Vetus Testamentum (*Instrumentum*) 7v,
 - 31v
 - Veteris Testamenti* 36
- Victorinus
 - Victorinum 3
- Vigilantius
 - Vigilantium 32
- Vincentius
 - Vincentio 4
- Vitalis
 - Vitalem 33v
- Vlisses
 - Vlassis 4
- Zacharias
 - Zachariam 36v